IOSEPH CVMIAE

SICVLI, CATINENSIS, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI.

In Ritus Magnæ Regiæ Curiæ Regni Siciliæ,

PRAXIS.

Nunc primùm edita.

CVM PRIVILEGIVM.



PANORMI,

Apud Franciſcum Ciottum Venetum. M. DC. XVII.

Ex Typographia Io. Battiſtæ Maringhi Impreſſoris Cameralis.

IOSEPH CVMIAE

SICVLI CATINENSIS

IVRISCONSVLTI

CLARISSIMI,

In Foro Magnae Regiae Curiae Regni Siciliae,

PRAXIS.

Nunc primùm edita.

CVM PRIVILEGIVM.



PANORMI,

Apud Franciscum Ciottum Venetum. M. DC. XVII.

Ex Typographia Io. Baptistae Maringhi Impressoris Cameralis.

IOSEPH CVMIAE SICVLI, CATINENSIS, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

In Ritus Magnæ Regiæ Curiæ Regni Siciliæ,

PRAXIS.



VINQVE modis procedit in M. R. Curia; via executiua, per viam cędulę, summariè, ordinariè, & uia informatiua, in ciuilibus: sed in crimalibus caussis, trib⁹ modis, ex abrupto, summariè, & ordinariè: in causis appellationum eisdem modis videlicet.

Primò via procedit executiua in casibus traditis hic p Ritum à c. Cum varia, vsq; ad tit. de modo proced. p viam cędulæ. Et ita instr̃a executioni mittuntur, ut si nõ sint sufficientia de per se sola, sed indigeant aliqua alia extranea probatione, vt quia probari debeat mores & successio alicuius iuxta c. Ritus . . . vel q quis teneat & possideat rẽ, ut vigore bullę contra tertium possessorem fieri debeat executio, uel quid simile, mandat iudex vt capiantur testes per magistrũ Notariũ in vim extremorum, pro executione fienda, sine partis citatione, quibus receptis insimul cum instrumento ostendunt iudici, qui manu dat oretenus quod debitor soluat: & tunc dr̃ mandatum executiuũ, aduersus quod postea oppositiones fieri possunt, sicuti fiunt in executione, vt inferius dicã: vel mandat Magistro Notario, vt scribat d. executio apud acta: sed si instr̃um absq; alia probatione mittitur excutioni, põt ipse solus Magister Notarius virtute illi⁹ scribere executionẽ f. Quę adimplet quatuor modis, vel per pignoris captionẽ, vel per fideiussionẽ de soluendo infra 15. dies, uel p carcerationẽ, vel per solutionẽ, vt dixi in c. 19. 5. not. Primo casu, cum plena dr̃ executio p pignus ab vncijs quinque infra, fit nota apud acta in pede d. executionis, quę hẽt effectum primi decreti f. sed ab uncijs quinque supra fit notatio, siue cędula primi decreti ſm c. Ritus, & data prius, &c. Communiter practicat, q si sunt bona stabilia, super quibus effectum habuit executio, etiam ab vncijs quinque infra, nõ fit notatio apud acta simplex, sed Notatio & cędula primi decreti, & si nõ sunt bona stabilia, sed mobilia, vel sese mouentia, ẽt ab vncijs quinque supra, fit notario apud acta, & sufficit ẽt quòd non fieret cędula primi decreti, & ita stãte stilo Curiæ alias obtinui in facto: tamersi quandã practicam viderim, quæ dicit quòd ab vncijs quinque supra fit notario primi decreti omnino f. Quæ missa parti & simili redacta apud acta Curię ab illo die in antea, quo ipsa cędula primi decreti est recepta apud acta Curię, debitor hẽt terminum 15. dierũ ad se opponendũ & faciendũ, quicquid velit, infra quã quindenã illa bona, su p quibus effectũ habuit executio, baonisitur p tres dies: & si fortè infra quindenã debitor nõ se opposuerit, dicta bona distrahunt, & satisfit creditori: & aliqñ antea quã dabant 15. dies, pdicta bona ęstimant & vendunt, & pretiũ sequestratũ tenet penes d. Curiam prout est in aĩalibus, ne corrodant in fundacis: & in alijs rebus, quæ seruando seruari nõ põt sine periculo, & elapsis deinde 15. diebus

fit adiudicatio parti, fm quandā practicam, quā vidi, quod t pibus feruari nō vidi, nō fuc credēte casu : sed p annua voce solet loco fundaci pstari fideiussio p debitorē, uel aliū de psentando illa ad oēm Curię requisitionē: & deinde prope fi. ē quindenę datur terminus fideiussori diersi duorū illi psentandi ad effectū bāniendi, & subhastādi, & postea fit adiudicatio: & si sunt bona mobilia, alienatio describit apud acta Curię f. si uerō sint bona stabilia, quę distrahunt, fit notatio secūdi decreti f. vt per Ritū in c. & data prius, &c. & in fi e secundi decreti ponit, & reseruato tpe quadrimestri debitori posse redimere dicta bona si sunt stabilia : et si sunt mobilia, reseruato tpe 15. dierū: si tñ fuerint data ad pinguciores, uidelicet stabilia p quarta parte, et mobilia p octaua parte minus: Sed si fuerint data in solutū iuxta extimationē bonorū, ut qa esset cōcursus creditorū, ut in c. Ritus, item quod diximus. in stabilibus datur tempus mensium duorum, in mobilibus uerò terminus dierum octo ad redimendum.

Secundò modo adimplet executio per fideiussionē in quindena, cuius est forma et seruatur prout est dictū in casu prædicto, qñ executio adimpletur per pignoris captionem.

Tertio modo adimpletur p carcerationē ti et an à die carcerationis currat quindena, infra quā qs possit se opponere, vide i meo cōs.

Quarto, qñ per solutionē adimpletur, nullū remanet dubiū, qd agēdū sit, nisi dūtaxat cautela nota solutionis & cancellatio instri debitoris. p pea redeūdo ad primū modū implementi, fm quē regulatur secundus, si infra quindenā debitor se opposuerit, & hoc modo suas opposuerit oppositiones, aduersus executionē & Creditor mādat ad effectū, q oppositiones reijciātur, & facta solutione debitor audiat, quoniā phibet pactū de non opponēdo, vel priuilegiū bullę q nō possit se opponere, nisi prius soluat, cuius forma talis est, Et debitor si releuātes fecerit oppositiones, mittit ad ōrium effectū, q sient oppositiones & pcedatur in cā oppositoria istius f. Qui articulus, siet uel reijciant, dēt terminari infra tres mēses à die psentatarū oppositionū, & si nō fuerit dēs, tunc pōt pcedi in cā oppositoria & dabitur terminus principalis, fm quosdā, dierū octo & erit sicuti cā summaria, fm formā Ritus. sed tutius erit dari terminus dierū duodecimū utrique parti, fm ordinariā cau-

sam : quia nō reperitur cā oppositoria enumerata inter causas summarias enumeratas per Ritum, ergo remanet ordinaria, & prima opinio uerior vr, qa causa oppositoria depēdet à causa executiua, q est plus q summaria, & ideo summariè & nō ordinariè deberet pcedi, & ita vidi seruari apud antiquos Curiæ nostræ Catinensis. Sed si debitor videt q omnino reportabit ō se interlocutoria, in hoc atticulo nō mittet ad ōrium effectū, sed faciat solutionem cum protestatione, & sequitur cām oppositoriā facta solutione, & inter oppositiones faciet mentionem, q ex quo uir tute pacti de non opponēdo, nō poterat se opponere, ideo ut posset audiri in suis oppositionibus & defensionibus, fecit solutionē, adeo quod est sibi aperta via opponendi : Et tunc supersedebit vsq. quò fuerit lata sñia in causa oppositoria huius formæ, quę notificat succūbenti, quoniā est ēr appellabilis. & si appellat infra 10. dies, intiodu cit pcessus infra 40. dies, & eo mō procedit in cā appellationis, sicut fuit pcessum in cā principali vsq. ad sñiam huiusmodi formę. & lata d. sñia in cā oppositoria fit nota adiudicationis, vel an notationis secūdi decreti p debito & expēsis iudicialibus & extra, si fuerint in ōtū promisse, ut i d. c. Ritus. . Et data prius, nō obstāte, q ab ea fuerit appellatū ad M. R. C. pstito p ipsum creditorē de restituēdo in casu succūbentię : & hoc si fuerit lata sñia Catinæ, Panormi, Messanę, vel Drepani, ubi est Doctorū copia, q præsupponitū iustè lata, fm c. Ritus. Et ēt si alibi lata fuerit cū voto & cōsilio Doctoris p c. Reg. Ioannis . . . vt dixi super Ritu in meo consil. . . . .

Vnū addendū superest, q si debitor, ōquem facta est executio, solutionē & satisfactionē allegar, obtinebit à iudice mādatū, ut nō currat qndena, quā sibi cepit, nisi pstitū fuerit de duplo, & pstito de duplo, debitor poterit simul & semel i oppositionib. suis petere duplū

Item qñdoq; executio causatur ad literas mag. Reg. Curię cōtra aliquē, qui tenet sigilla impatata, adeo q dū apportanē literæ executiuæ ad sigillādum, reperiant sigilla imparata, & ē necesse vt citet pars ad disparandum sigilla, & tunc si pars uidet quod dictæ literæ executiuę non deberent concedi, & fortè concessæ fuerunt per iudicem ex inaduertētia, mittit ad effectū q literę nō sigillent, sed reuocent, vel saltē p aptent, & pars aduersa

mit-

mittit ad ꝯ͂ tium effectũ ꝙ sigillenť, & est necesse vt M. R. C. interlocutoriã proferat, & dicat, sigillenť, vel non sigillenť, vel peraptẽtur: & si dicit, peraptenť, iterum apportanť literæ iudici M. R. C. qui peraptat illas, aliqua addendo, vel diminuendo, & postea sigillanť, & illas cõmissarius præsentat in hac fortè Cur. Cata. aliarũ officiali, q̃ pręsentat hoc modo: pręsentenť & exequanť quò ad exteros: quò uerò ad ciues notificenť parti, & tunc citať pars, quę comparet corã iurato, & mandare facit ut veniãt ad bãcũ d. ciuitatis, ubi stare debent ꝑ octo dies ad effectũ videndũ, si d. literę sunt ꝯ͂ ius, vel ꝯ͂ priuilegia d. c. per c. Regni sępè sępius, fol.... & si videt ꝙ sunt ꝯ͂ ius, infra octo dies mittit ad effectũ ꝙ literę ꝑdictæ non exequanť: vel saltẽ in executione imparũ supersedeať, & de oĩbus informeť superior: alia pars mittit ad ꝯ͂trium effectũ ꝙ imò exequanť, & in tali effectu vnusq̃sque suas allegat rõnes, capita, & media, quibus non debẽt, vel debẽt exequi, quibus visis ꝑ oẽs tres iudices ordinarios d. c. faciunt votum & cõsulũt Spe. iuratis infra d. octo dies, ꝙ literæ exequanť, vel non exequanť, vel in executione ipsarũ supersedeať, & de oĩbus ĩformeť superior: & si dñt, supersedeať, pars, ĩ fauorẽ cuius est dictũ su ꝑsedeať, debet soluere & capere copiã elogij & incartamenti ꝑdicti infra sex dies, & apportare deinde ad M. R. C. & ibi disputať per aduocatos, & deniq. auditis allegationibus vtriusq; partis magn. Curia rñdet consultationi, & in ea dicit ꝙ exequanť, vel non exequantur: & si dicit ꝙ exequantur, iterum sigillanť literę, & per cõmissarium pręsentãtur supra dicto modo, & poterunt iterum mitti ad effectũ, si fuerit aliquod mediũ, ꝑ quod fieri possit & consultari & expectari secunda iussio: & adueniente secunda iussione seu cõsultatione, cõmissari⁹ incipit exequi literas & capere debitorẽ ꝑsonaliter, uel illum expignorãdo, vel ꝯ͂ inquilinos detentores & possessores suorũ bonorũ, si uirtute ꝯ͂ctus ſm formam bullę facta fuerit executio, quia debitor uel carcerabitur, vel sibi capiet quindenam coram commissario, & mittet ad M. R. C. ad faciendum eorum oppositiones infra quindecim dies: quod si non fecerint, uel fecerint, & fuerint reiectæ, procedeť per commissarium ad distractionẽ bonorum, uel per cædulam secundi decreti, vel per adiudicationem.

Est etiam aduertendũ, ꝙ d. interlocutoriæ sigillentur vel non sigillenť, peraptentur, uel respondeať consultationi, ꝙ exequanť vel non exequanť, & etiã omnes aliæ interlocutoriæ super articulis incidentibus, vel emergentibus latè per M. R. C. possunt mitti ad effectum, vt reuocentur ꝯ͂rio Imperio coram eadem mag. Curia, per tradita ꝑ tex. & Docto. in l. ꝙ iussit, ff. de re iud. & pars aduersa poterit mittere ad ꝯ͂trium effectum, & iterũ expectari alia interlocutoria, ꝙ stet uel reuoceť. est verum quòd interim non supersedeť, sed mittitur executioni interlocutoria prędicta lata per mag. Reg. Curiam, & hoc virtute cuiusdam pragmaticæ, quæ obuiauit calsinijs litigantium, ne causas protelarent, quẽadmodum extat alia pragmatica, quę vult ut istę scripturę, quæ mittunť ad effectũ, & citata parte ad missionẽ scripturarũ ad effectũ, et incusata contumacia designeť et præsententur istæ scripturæ infra octo dies à die cõtumaciæ, et parte petente à iudice vt designẽtur scripturę ẽt ante octo dies arbitrio iudicis infra unum, uel duos dies, quia solebant mittere ad effectum, citare et incusare contumaciam, et deinde transactis quatuor vel tribus mensibus, illas designare et præsentare, et expedire facere tẽpe, quo pars aduersa amplius non putabit in tali contumacia. Redeundo igitur ad principium, si sunt necesse probationes in uim extremorum, vide infra de modo proceden. per viam informa. quibus factis fit executio.

Forma executionis.

MANDATA est executio in bonis, et persona T. in uncijs tot, ad petitionẽ et instãtiã T. vigore instrĩ celebrati ĩ actis Notarij T. tali die, etc. et extremorũ receptorũ in Curia T. die, etc. nec nõ et aliarũ scripturarũ ad ꝑsentẽ executionẽ facientiũ, licet nõ sint noĩatę istę scripturę expressim, tñ faciẽtes ad executionẽ ingrediunť Bal. in l. Bebius Marcell. de pact. dot. et ĩ expressis factis et fiẽdis ex cã d. executionis, vnde, etc. Seu uigore taxationis iuriũ patrociniorum præstitorũ per T. d. T. debitori in T. Curia uerificatorũ die, etc. stante. n. stilo Curię pro T. salario possit procedi uia executiua, licet per Ritum sit causa summaria: nam stilus in modo procedendi seruatur.

Forma executionis ad literas M. R. C.

PHILIPPVS, &c.

VICEREX in hoc Siciliæ Regno, no. T. & T. algozirijs commissarijs M.R.C. ad causam infrascriptam insolidum destinatis, ita quòd si vnus inceperit, alter possit mediare & finire, cui vel quibus ipsorum præsētes præsentatæ fuerint fidelibus Regijs gratiam & bonam volunratem. Quia T. executionem exercuit in mag. Reg. Cur. ad presentes literas in vncijs quinquaginta contra & aduersus T. virtute contractus celebrati in actis T. Notarij, die &c. & omnium aliarum scripturarum publicarū & priuatarū, ac extiemotum si & quatenus opus erit corā vobis legitimè verificandorū, & ad presentē executionē facientium, & non aliter, nec alio modo. Propterea vobis, & cuilibet vestrum dicimus, committimus, & expresse mandamus, quatenus conferentes vos in ciuitate T. & quo opus erit in Regno coercitionibus realibus & personalibus cogere & compellere debeatis prędictum T. debitorem ad dandū, tradendum & assignādum eidem T. Creditori seu personæ legitimę pro eo comparenti, d. vncias 50. vna cum omnibus expēsis factis & faciendis, & maximè de vnc. 2. tt. 7. gra. 7. solutis iure executionis pręsentium & sigilli: & de dictis vestris & procuratoris cum accessu, & recessu, & dū in his legitimè vacaueritis, more solito, & pro satisfactione prædicta, capere & expignorare de beatis omnia & eorum bona & animalia, eaque extrahēdo de loco ad locum vobis bene visum non audiēdo cum in aliquibus eorum oppositionibus, dilationibus, literis, priuilegijs, & alijs cum iuramento. in d. contractu renunciatis: Quoniā in, & circa pręmissa, vobis damus & cōcedimus omnimodā authoritatem & potestatem, ac vices & voces nostras, & mag. Reg. Cur. cum suis dependentibus, emergentibus & connexis, mandantes per præsentem omnibus & singulis officialibus Regni, & d. Curiæ, ꝙ vobis & mandatis vestris pareant, obediant, prestentque eorum brathium, auxilium, consilium & fauorē totiens, quotiens per vos fuerint requisiti: & si dicti officiales essent renitentes in præsentatione præsentium, vel dubitaretur de occultatione bonorum & fuga, positis carcerare & expignorare ante præsentationem, & deinde vos met præsentare & in campis: & contra renitentes capiatis informationes, & illas ad Regiam thesaurariam transmittatis: & si d. debitor nō faceret copiam sui, omnia acta & decreta per uos fortè fienda positis affigere in valuis ianuæ eorum solitę habitationis, & valeant ac si eorum proprijs tradita fuissent: quibus cōmissionibus finitis infra dies 40. iuxta formā pdictarū oīa acta & decreta p uos fortè facienda trāsmittere debeatis in archiuum mag. Reg. Cur. & præmissa cum effectu exequamini cauti à contratio sub pęna florenorum 1000. Regio fisco applicandorū, ita ꝙ non positis imponere fm decretū sine licentia mag. reg. Cur. dat. Panor. die, &c.

Nota in fine istarum literarum, ꝙ magna Curia non solet committere interpositionē secundi decreti cōmissarijs, sed sibi reseruat.

Deinde solent emanare superseſſoriæ donec fuerit terminatum, quarū forma talis est.

Forma literarum superseſſoriarum.

PHILIPPVS, &c.

VICEREX in hoc Sicilię Regno, &c. no. T. & algozirijs & cōmissarijs mag. Cur. ad causam destinatis, & in eorū obseruantia lenitētia & tarditate uniuersis & singulis officialib. Cur. Ciui. Cat. & Regni, & oībus alijs algozirijs & cōmissarijs M.R.C. & destinatis, & fortè destinandis, cui uel quibus ipsorū pręsentes psentatę fuerint fidelibus Regijs gratiā & bonam voluntatē. Quia T. intendit se opponere aduersus executionem assertā ꝯ eum causatā ad instantiā T. in uncias tot ad literas M. R. C. datas Panor. die, &c. ideo uobis, & vnicuiqꝫ vestrū, dicimus, cōmittimus & expresse mandamus, quatenus plena prius d. executionē p fideiussionē in quindena, aut p interpositionem primi decreti minimè ad ulteriora pcedere debeatis, nec pmittatis durante quindena tantū, supersedendo ēt de dictis vestris pcuratoris, & iure executionis & expensis, quoniā de his oībus in fine cāę habebitur rō: & si fortè à die datę presentiū in aliquo pceſſistis, oīa ad pristinum reducatis, & per quos decet reduci facere debeatis: & si pceſſistis ad expignorationē bonorū seu animalium, ut d. T. prestādo de restituendo ad oē

curæ

curę mandatū, pręsertim d. aīalia, ne macerenī in fundaco, bona & aīalia ꝑdicta expignorata restituere debeatis, & ꝑ quos decet faciatis, & post præsentationē & executionē ꝑsentium statim restituere ꝑsentes literas debeatis, & pręmissa cū effectu exequamini nullo alio à nobis expectato mādato, siue cōsulta & pręmissa exequamini, ēt ad instantiam cuiusuis ēt procurationem habentis, cauti à contrario, sub pęna florenorū 1000. fisco Regio applicandorum. Dat. Panor. die, &c.

Vidit T. qui est vnus iudicium Mag. Reg. Curiæ.

Quatuor modis impletur hæc executio: primò, per solutionem: secūdò, ꝑ carcerationem: tertiò, ꝑ expignorationem: quartò, ꝑ quindenā, vt in c. Ritus. de solutione non est necesse, tradere formā; quia Notarius in pede ꝯctus debitorij facit notam solutionis, & delet ꝯctum: similiter & de carceratione, qa carcerarius facit notā in libro carceratorum, qualiter T. uenit carceratus de mandato T. ad petitionē cū T. pro executione contra eū facta in vncijs tot, in Cur. T. pro expignoratione, pro qua, vt est dictū, ab vncijs quinque infra fit nota apud acta, & ab vncijs quinque supra fit cædula primi decreti: subdamus formas.

Forma notæ apud acta, quę habet effectum primi decreti.

PRAEFATVS T. creditor vigore noui Ritus in debitis obseruati, fuit & est inductus & positus in possessionem, uel quasi T. bonorū, tanq̄ de bonis in bonis & ex bonis T. debitoris, ꝯ quem fuit facta t. executio in vncijs tot, & i tarenis & granis factis & fiendis in prosecutione d. executionis: quę quidē bona fuerunt expignorata per T. Monterium d. Cur. seruientem, &c.

Vnde non expignoratur, sed debitor capit sibi quindenā, & præsentatur mostra frumēti uel ordei, quod idem est, cum illud frumētum fit pignus, & fit nota hoc modo.

Forma quindenæ, ubi præsentatur mostra frumenti, vel ordei.

PRO T. contra quem processit d. executio in vncijs tot, & propterea impedito per T. nunciū, ut ipse retulit, ad petitionem talis, & offerendo mostram frumenti: de præsentando frumenti tantā quātitatem ascendentē ad summam prędictam, & expēsas tempore, licito cum omnibus obligationibus in forma cur. ut bancus, &c. fideiussit T. præsens renunciando, &c.

Forma cędulæ primi decreti.

APVD Cur. Ciuit. Cata. & in Curia, &c. vide hāc formam in modo procedendi per uiam cędulæ infra. Bona uerò sunt hęc, uidelicet quędam uinea cum iuribus & pertinētijs suis, sita & posita ī T. territorio, secus tales confines.

Constito de missione consimilis recipiatur in uim cędulę primi decreti.

Petrus Iudex Patritij.

Recepta est in Curia ciuili die, &c. de mādato Magnifici Domini Iudicis, & demissione consimilis personaliter facta, constat per talem Monterium.

Et à die supradicta receptionis cędulæ primi decreti currit quindena, infra quā poterit pars se opponere: & si non se opponit, pignora debēt subhastari & banniri ꝑ publicum ꝑconem semel, bis, & ter ꝑ interualla dierum, quas subhastatione facta ꝑ nunciū fit relatio Magistro Notario, qui facit notā apud acta.

Forma notę apud acta subhastationis.

T. publicus nuncius, siue pręco, retulit se de mandato cur. ꝑ loca publica semel, bis, & ter bānisse, & subhastasse nomine pręconio emisso, q̄ si q̄s uellet emere, cōparere debeat ī Curia ciuili, empturus, seu licitaturus, ob quā bannitionem cōparuit T. & obtulit se daturū de dicto prędio uncias tot, uel si non inuenit licitatorem dicat, & nemo cōparuit ad offerendū preciū, de qua relatione absq; eo q̄ fiat nota separatim, poterit fieri mentio in nota adiudicationis, uel secūdi decreti, & infra quindenā ęstimanē per expertos, & citaē pars ad ponendū suum expertū, alias poneē per cur. in cōtumacia unus ꝑ creditore, & alter ꝑ debitore, et ꝑ illa quātitate, ꝑ qua fuit facta ęstimatio adiudicaē creditori ꝑ debito et pingue ualenti, & expensis uerificatis ꝑ Magistrū Notariū, cu-

cuius adiudicationis notā fit apud acta, si nō est res stabilis: sed si sit res stabilis, fit cædula secūdi decreti huius formę. Sed elapsa quindena prius datur terminus ad redimendum debitori, si res est mobilis, dierum quatuor: sed si res est stabilis dierum octo, qui terminus hoc modo notatur apud acta.

Terminus ad redimendum post elapsum quindenæ.

DIE, &c. T. monterius retulit ad petitionem & instantiam T. creditoris, iniunxisse & mandasse T. debitori, quatenus infra terminū dierum octo vel quatuor mensium debeat sibi redimere pignus, alias &c.

Et elapso dicto termino, debet procurator, seu aduocatus in cur. comparere, & petere à iudice quòd seruatis seruandis fiat liberario, hoc est si sunt se uatæ solennitates prędictæ, & deinde fit nota adiudicationis: sed in hac cur. Catinensi hoc non seruatur, sed datur terminus dierum trium & dierum quindecim ad redimendum, & sic in summa sunt dies decem & octo.

Forma adiudicationis, quando pignora adiudicantur parti.

DIE, &c. quia præfatus debitor in quindena, nec post, minimè curauit, nec curat, sibi redimere pignora prędicta, & creditori suo satisfacere de debito prędicto & expēsis: ideo Curia ipsa seruatis seruādis prædictum equum præcedente legitima subhastatione æstimari fecit per T. expertum positum ex parte creditoris, & T. positum ex parte Curiæ, seu debitoris, qui retulerunt dictum equum æstimasse vncijs 25. & sic Curia ipsa pro eodem pretio adiudicauit, & adiudicat, insolutum dedit & dat præfato creditori præsenti & recipienti pro solutione debiti prædicti, & expensarum, de quo pretio Curia ipsa deduxerit & deducit vncias tot, p debito principali, & vncias tot propinque valenti, & vncias tot pro expensis omnibus legitimè factis, & sic in summa vncias tot: restans verò ad complementū vnc. 25. d. creditor depositauit & depositat penes me magistrum Notarium, vnde &c. sed si adiudicatur res stabilis, tūc fit cædula secundi decreti secundum Ritum: & ita seruatur in mag. Cur. & in hac ciuitate Cataniæ, licet in alijs ciuitatib. aliter seruetur, quòd etiam in re stabili, si fuerit res stabilis in loco Curiæ, fiet etiam adiudicatio prædicta forma. si ergo stabilis erit, secundum Ritum fit cædula secundi decreti hac forma.

Forma cædulæ secundi decreti.

APVD Cur. Ciuit. Cata. & in Curia ciuili ciuitatis eiusdem, cōpareas, &c. vide infra formam in modo procedendi per viam cędulæ.

Et facto secundo decreto mittitur in possessionem realem per nuncium, cuius forma talis est.

Forma actus inductionis in possessionem.

DIE, &c. constitit cur. per T. nuncium de mādato cur. se vigore supradictæ cędulæ secūdi decreti induxisse & imposuisse ipsum creditorem in actualem, realem, et corporalem possessionē d. prędij per introitum et exitum, ac per anulum ianuæ d. domus. Vnde etc.

Si verò pignus non adiudicatur parti, sed liberatur alteri emptori plus offerenti, et tūc fiet nota sequentis formæ.

Forma liberationis, quando pignora venduntur ad discursum.

DIE, etc. quia d. T. debitor infra quindenam, neq post curauit nec curat sibi redimere d. vineam, et creditoribus prędictis satisfacere: ideo seruatis seruandis de mandato iudicis bannita et subhastata prædicta vinea et vltimo loco d. T. alter ex creditoribus offert de d. vinea dare vncias tot, d. Cur. d. uineam adiudicauit et adiudicat, in solutum dedit et dat d. T. vni ex creditoribus pro d. vncijs tot. quas vt supra, obtulit: de quibus dederunt vncias tot pro debito principali, quorum ratam soluet creditoribus suis, et vncias tot, tarenos tot, & granos tot, pro expensis, quę venditio fuit vt supra facta vltimo emptori virtute pacti adiecti in contractu, quòd vendatur vltimo emptori, & plus offerenti celebrati in actis, &c. cuius virtute processit executio prædicta noti-

notificata prius d. debitori præsenti ad iudicandum, restans verò ad cõplementum vncias tot depositauerunt penes me Magist. vnde, &c.

Denique siue pignora sint mobilia, siue stabilia vno modo adiudicantur parti, & in paucis differunt, videlicet vt supra diximus, si expignorantur mobilia, fit notatio apud acta: & licèt Ritus dicat quòd si excedit summam vnc. quinque, tamen contrariũ de stilo Cur. seruatur, videlicet quòd & quòd excedat summã vnc. 5. fiat notatio apud acta, & non cædula primi decreti, & ita alias obtinui in cõtradictorio iudicio: sed si sunt expignorata stabilia, & quòd nõ excedat debitum summam unciarum quinque, fit cędula primi decreti. Item in adiudicatione est eadẽ differentia: quia in rebus mobilibus fit nota adiudicationis apud acta: in rebus verò stabilibus fit cædula secundi decreti. Item in rebus mobilibus pinguecalentis est octaua pars debiti pricipalis: in rebus stabilibus est quarta pars. Item ad redimendum pignora mobilia est terminus quindecim dierum: sed ad rediměda stabilia est terminus quatuor mẽsium per c. Ritus, 113. Sed si datur in solutũ pro iusto pretio propter concursum creditorum in rebus mobilibus, est terminus ad redimendum dierũ octo, & in rebus stabilibus duorum mensium, vt in præcitato c. Ritus.

Forma notæ quindenæ simplicis, vbi nihil præsentatur.

PRo T. contra quem fuit causata executio in vncijs tot in actis d. Cur. de dando, tradendo, & assignando debitum prædictum vnà cum expensis liquidandis, infra quindecim dies præsens sponte in forma Cur. vt bancus &c.

Fideiussit T. renunciando, &c.

Adimpleta etenim executione, per expignorationem, vel per quindenam currunt quindecim dies, infra quos poterit debitor suas præsentare oppositiones in hac forma.

Subeat — Oppositiones & iura, quas & quæ dat, offert, & præsentat T. contra T. in Cur. ciuili Cur. Ciuit. Cat. vel in M. R. C. in causa oppositoria inter eos vertente, in qua proceditur, &c.

Item quòd præsens causa fuit & est declarationis nullæ, & si qua est, retractationis, cãcellationis, & irritationis asfertæ executionis causatæ per T. contra T. in vnc. tot in tali Cur. iuribus, rationibus, & causis inferius deducendis, & alijs sua die, &c.

Item protestatur, &c. hic pone protestationes infra positas.

Item licèt fuerit causata d. executio per T. contra talẽ nulliter & coactè d. T. non valens aliud agere sibi cępit quindenã, tũ venit nulla declarãda, vel retractanda cum omnibus inde secutis: quia quidem processit nullis verificatis legitimis extremis ã iure & Ritu requisitis, & processit ad petitionem creditoris cõtra non debitorem, & virtute asserti cõtractus nullam habentis obligationẽ expressam; nec præsentem petit. inducentis, nec paratam habentis executionem, vt sua die, &c.

Item aduertat Religio existentis Domini iudicare debentis ad factum, quòd licèt virtute d. asserti contractus appareat T. opponentem esse debitorem d. opponenti in vnc. tot, pro quibus processit executio, quæ effectum sortita fuit in bonis ipsius opponentis: tñ indebitè & minus iustè processit, tũ quia in rei veritate d. T. debitori fuit satisfactum: vel dicas d. T. debitor fuit pacto liberatus, vel dicas quòd T. creditor est debitor ipsius opponentis in tantundem vigore cuiusdam contractus celebrati in actis, &c. quòd debitum opponens ipse compẽsauit & cõpensat concurrenti summa & quantitate, & ideo d. executio cũ omnibus inde secutis venit nulla declaranda, vel retractanda & cancellanda, dictusq; debitor liberandus.

Et ad prædicta probandum ponit, &c. nõ se tñ, &c. quòd T. dictus oppositus fecit ipsi debitori pactum de non petendo d. pecuniã eum liberando: & ei penitus promittens nullo unquam futuro tempore d. debitum petere, & est veritas, dicunt testes, &c.

Item ponit non se tñ, &c. quòd d. opponens superioribus diebus T. mẽse dedit, tradidit, & assignauit, & soluit d. opposito vnci. tot in satisfactione debiti prædicti: ad quod tenebatur, & est veritas, dicunt testes, &c.

Item ponit, quòd de iure fuit, & est quòd solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, vt sua die, &c.

Ex quibus &c.

Item non se adstringens, &c.

Item

Item deducens,&c.
Item reuocans, &c.
Item in defectu, &c.
Item iuramentum, &c.

Quare constito de premissis, uel præmissorũ quolibet,&c. petit d. T. opponens de exceptione cum omnibus inde secutis nullã declarari, & si qua est, retractari & reuocari debere, dictumq; T. oppositum ad expensas cõdemnari, petens, &c. implorans, &c. omni meliori modo, &c. saluo, &c.

Cumia aduocatus.

Citatur ad præsentationem oppositorum ex parte talis ꝙ opponens veniat ad subeundum oppositus, sed ipse solet petere copiam rubricæ oppositionum, & si nõ est citatus ad subeundum, habebit copiã omnium oppositionum, & mittit ad effectum, ꝙ reijciantur stante pacto de non opponendo hoc modo.

Forma effectus.

Effectus pro tali contra talem.

AD effectum mittitur ex parte T. ꝙ oppositiones contra eum præsentata tale die,&c. per T. i Cur. ciuili aduersus executionẽ quã ipse exercuit reijciantur, & facta solutione audiatur: quæ quidem sunt nudæ & crudæ, & non releuantes, & tendũt contra pactum de non opponendo iurum in cõtu, & alijs rationibus, iuribus, & causis sua die, etc. petens, etc. implorans, etc. omni meliori modo, etc. saluo semper etc. Et solet apponi quãq; alia clausula, videlicet, cũ protestatione addendi et probandi oĩa, quæ sibi desunt ad effectus, ne deinde dicatur ꝙ effectus hẽt uim conclusionis in cã, et consequenter non possint amplius ingredi scripturæ, ut voluit Petrus Gregorius de fud. cau. feud. q. 13 quæ protestatiõ operatur, Capell. Thol. dec. 14. et est alia, q̃ fit ea, saluo iure addendi, de qua per Bar. et Doct. in l. edita, C. de eden.

T. Aduocatus.

Et cum isto effectu mittitur copia executionis, quindenæ, instri, et aliorũ actorũ, uirtute quorũ processit executio, et opponens mittit ad ꝓrium effectum sequentis formæ.

Contrarius effectus pro tali cõtra talẽ.

Ad contrariũ mittiẽ effectũ ex parte talis ꝫ talem, ꝙ imo oppositiones per eum pñtatæ die t. contra talẽ stent t qñ quidẽ sunt iustæ et releuantes: nec obstat assertũ pactũ de nõ opponendo, quoniã exceptio, quæ oritur ex eodem fonte, nunquã censetur reiecta, et ita priuilegiatã habet exceptionem, sicuti habet actionem creditor ex eodem instro. Item nec propriè dr̃ exceptio, cum allegaẽ defectu intentionis agentis: sed ex mero iudicis officio non implorato actor excludiẽ, ut iuris est, et sua die, etc. Itẽ constat de pacto de non petẽdo per aliud instrum publicũ, quod ita est priuilegiatum, sicuti instrum, quo debitũ debẽ, ut iuris est, etc. et alijs rõnibus, iuribus, et causis ut suã die, etc. petens, etc. implorans, etc. omni alio meliori modo, etc. saluo, semper, etc. Et si aliquã aliã rõnem allegare uoluerit, quæ nõ sitẽ i effectu, poterit fieri. Quod vocatur concurrendo, et dicitur sic, concurrendo cum allegatis petitur prout est petitũ, præsertim tali ratione, et non obstat tale, ꝙ respondetur tali modo, &c.

Cumia Aduocatus.

Similiter in Cur. Ciui. Cat. citaẽ pars ad presentationem effectus, ad dicendũ et allegãdũ & infam audiendũ, sed in mag. Cur. post citationẽ incusaẽ cõtumacia, ut dixi in cõtumacia, in modo ꝓcedendi ordinariè, deinde auditis Aduocatis prouidet modo sequenti.

Forma interlocutoriæ.

DE facto T. petentis, ꝙ oppositiones præsentatæ per T. die t. reijciãẽ, & facta solutione audiaẽ iuribus, rationibus, & causis in effectu deductis: & ex parte T. opponentis, quòd imo oppositiones prædictæ stent iuribus, rationibus, & causis in contrario effectu deductis.

Reijciantur, &c. & facta solutione audiatur præstito de restituendo in casu succumbentiæ.

Modo est necesse ꝙ opponẽs soluat, & insimul cũ actu solutionis representet oppositiones: sed aduertendum est, quòd debet addi oppositionibus capitulum, quòd fuit facta solutio virtute d. interlocutoriæ, & debet mutari conclusio hac modo.

Oppositiones, &c.

Item ponit, ꝙ cum T. fuisset condẽnatus ad sol-

uendum, & fuissent reiectæ oppositiones donec fuerit facta solutio, ideo ut possit audiri, soluit. uel fit iniunctio, quòd sibi adiudicet pignus, et eo adiudicato fit mentio in capitulis & conclusione, & si fuerit præstitũ, de duplo poterit peti duplũ, ut cõstat ex actis, &c. cuius tenorem, &c. Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. petit dictã executionem: cum oĩbus inde secutis nullã declarari, & si qua est, retractari & cãcellari debere, dictumq; T. oppositum condemnari, condẽnatumq; cogi & cõpelli ad restituendũ, tradendũ, & assignandũ d. opponenti oĩa bona sibi per eandẽ Curiã ad discursum vẽdita, tradita, & assignata tanquã vltimo emptori uirtute executionis, & ʒ̃ctuum, quorum virtute d. executio processit, & uirtute pactorũ in eis contentorũ, & in defectu ad pretium & ualorẽ ipsorum, cũ oĩbus damnis, interesse, & expẽsis passis & patiẽdis, in processu, vel extra legitimè liquidandis: nec non condẽnari, condẽnatumq; cogi & compelli ad soluendũ duplum quantitatis petitę & solutæ, pe tens, &c. omni meliori modo, &c.

Cumia Aduocatus.

Repræsentantur istæ oppositiones, & à die repræsentationis currũt dies octo, infra quos poterit fundare suam intentionẽ opponens, sicut in causa summaria. ita dñt hic practici, ita semper seruare vidi, & ita teneo procedẽdũ: q̃a hic cũ oppositoria cã descendat ex cã executiua, quę est plusquã summaria, licet aliqui velint, ꝙ ex quo non est numerata inter summarias, sit ordinaria: & citatur pars ad subeundũ, si voluerit subitionẽ: & si non, ad præsentandũ suũ interrogatoriũ aduersus testes, cuius formã require infra post libellos in causa ordinaria, & ad testium iuramenta videndũ, & producunt testes: elapso d. termino dierum octo fit publicatio hoc modo.

Sed si non fuerit dictum, reijciãtur, sed dictum, stent: tunc non est necesse repræsentari, sed poterit ꝓduci super eis, licèt aliter obseruẽt: tñ ego ita obtinui, & hæres veritas est: quia sunt repræsentatę, et non fuerunt reiectæ, sed dictum, stent.

Publicatio.

Facta est publicatio in causa oppositoria vertente inter T. opponentem parte ex una, et T. oppositum parte ex altera.

Terminus ad defendendum, et reprobandum.

Datus est terminus ad defendẽdum et reprobandũ T. opposito in cã oppositoria, quã habet cum tali opponente dierũ duodecim.

Exceptiones, reprobationes, defensiones, et iura, quas et quæ dat, offert et p̃sentat T. oppositus contra et aduersus T. opponentem in Cur. tali in causa oppositoria inter eos uertente, in qua proceditur, etc.

Item ꝙ præsens cã fuit et est ex parte d. oppositi declarationis iustè et rectè factam executionem, quã executi, talẽ suumq; debere sortiri effectũ diffinitũ, non obstantibus in ʒ̃rium adductis iuribus, rationibus, et causis inferius declarandis, et alijs sua die, etc.

Item protestatur sibi omnes et quascunq. scripturas, etc. uide infra in libellis ordinarijs, siue summarijs.

Item dicta executio dẽt transire, suũq; sortiri effectum: qñ quidẽ processit ad petitionem creditoris ʒ̃ verũ debitorẽ, et ꝓbatis legitimis extremis et uirtute ʒ̃ctus habentis executionẽ paratã, obligationẽ expressam, et p̃sentem inducentẽ petitionẽ, ut constat uigore dicti ʒ̃ctus, et aliorũ actorum in d. executione præcalendatarum, et latius sua die, etc.

Quorũ actorũ tenorem sibi protestat̃, si et quatenus, etc. et non aliter, etc.

Item non obstat quod ex aduerso adducitur et probatur, ꝙ in T. die t. opponens soluit tot d. opposito in satisfactionẽ debiti p̃dicti, quoniã veritas in ʒ̃rium se habet: quia nunquã habuit d. oppositus pecuniam, et quatenus habuit, eam recepit pro alio delicto, qđ debebat d. opponens uirtute t. instrumenti.

Item non obstãt testes, quoniã sunt varij, singulares, mendaces, deponentes non verisimilia, inimici, infames, et tales, quibus de iure nulla debet adhiberi fides, et contrariũ expressim dicta eorum probat̃, et consequenter d. executio transire debet, ut sua die, etc.

Et ad prædicta probandum ponit, etc. nõ se tamen, etc. qualiter T. et T. testes producti ex aduerso fuerunt, et sunt inimici capitales d. opponentis, et inter eos tali tẽpore fuit t. rixa, et est ueritas, dicunt testes, etc.

Item ponit, etc. qualiter, etc. ꝙ in tali die, in qua asserit̃ fuisse solutum d. opposito per d. opponentem talem pecuniam, dictus oppositus dixit qualiter d. pecuniã accipiebat pro

pro t. debito, ad quod tenebat d. opponens uirtute t. ɔ̃ctus, et dictus opponens remāsit contentus, et est ueritas, dicunt testes, etc.

Ex quibus infertur, etc.

Item deducens, etc.

Item reuocans, etc.

Item non se astringens, etc.

Quare constito, etc. petit d. oppositus d. executionē declarari ualidā cū oībus inde secutis, dictūq. actorem ad expensas condemnari petens, etc.

Et quando nō fuisset interlocutū, reijciatur, puta quia non esset pactum de non opponendo, uel simile: uel fuisset dictū, stent, tūc petitio oppositi erit ꝙ d. executio tanquam ritè et rectè facta transeat, suumq; diffinitum sortiatur effectum, dictumq; actorem ad expensas condemnet, etc.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino ad defendendum et reprobandum indulto t. opposito in causa oppositoria, quam habet cū tali opponente: et producat si.

Terminus ad reprobandum.

Datus est terminus ad reprobandum tali opponenti in causa oppositoria, quam habet cum t. opposito dierum quatuor.

Reprobationes, replicationes, et iura, quas et q̄ dat, offert et pñtat T. oppones ɔ̃ T. oppositū in Cur. tali, in cā oppositoria inter eos vertente, in qua proceditur, etc.

Item quòd presens causa fuit et est, pro ut in principalibus, etc.

Item protestatur, etc. prout in principalibus.

Item licet ex deductis et articulatis clarè pateat de iure ipsius opponentis, et nō fit necesse aliquid facere: tñ ad maiorē confusionē aduersarij, et maiorem veritatis dilucidationē: Non obstat depositio t. quoniā vltra ꝙ nihil dicit, et non probat intentionē producentis, tñ est quædā persona uilis, solita edere et comedere in tabernis, mēdax, quæ alias deierauit, nec depositio talis, quoniam non datur ei fides tali ratione.

Et ad p̄dicta ꝓbandum ponit, etc. non se tamen, &c. qualiter talis testis in t. causa dixit mendaciū & fuit accusatus de periurio, & fuit condēnatus & est solitus dicere mendacia, & est persona, infamis, & malæ vitæ, & dicant testes, &c.

Item ponit, &c. non se tamen, & qualiter & talis, est talis & talis, & est veritas, &c.

Et sic de omnibus testibus, qui possunt reprobari, dici potest.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. petitur, &c. pro, ut petitum est, petēs, &c. implorās, &c. omni meliori modo, etc.

Approbationes & iura, quas & q̄ dat, offert & præsentat t. oppositus ɔ̃ & aduersus t. opponentem in causa oppositoria inter eos vertente in Cur. t. in qua proceditur, &c.

Item quòd præsens causa fuit & est, pro ut in principalibus, &c.

Itē protestat̄ prout in principalibus, &c.

Item non obstat quod in contrariū est adductū in persona t. & t. testis: quoniā sunt bonæ famæ, ueridici, & tales, quib⁹ oīno de iure debet adhiberi fides, ut latius sua die, &c.

Ideo ponit, &c. qualiter t. fuit & est bonæ vitæ & famę, qui se timet & conscientiam, solitus suscipere sanctissimum Sacramētum in tēporibus ab ecclesia statutis, & vnū pro alio non diceret, & sic tenetur & reputat̄ ab omnibus à tribus annis retro vsque ad præsentē diem, & est veritas, dicunt testes, &c.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. petit vt petitum est, &c. petens, &c.

Vterq; in hoc termino ad reprobandū pōt probare: unus reprobat, & alius approbat: reprobati n. tantum possunt approbari, quia non datur terminus, nec possunt reprobari reprobantes: ideo transacto termino ad reprobandum, fit publicatio.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino ad reprobandum indulto t. opponenti in causa oppositoria, quam habet cum tali.

Conclusum.

Conclusum est in causa oppositoria uertente inter t. opponentem parte ex una, & t. oppositum parte ex altera.

Restitutiones illius, qui non conclusit, si fortè aliquid sibi deest.

Restitutus est ex causa t. op. in causa oppositoria quā habet cum t. op. ad dies duos rescissa conclusione.

Restitutiones & iura, quas & quæ dat, offert, et præsentat t. contra t. in causa oppositoria inter eos vertente in Curia tali, in

qua

qua proceditur, &c.

Item quòd præsens causa fuit & est, prout in principalibus, &c.

Item protestatur prout in principalib. &c.

Itẽ licet ad victoriã sufficiãt, q̃ ex parte d. t. fuerunt deducta antea lata & probata: tñ ad cautelã ipsius & cõclusionẽ partis aduersę ĩ alio die fuit numerata pecunia ad petitionẽ ipsius p manũ t. & ipse fuit cõfessus, deinde in alio die fuisse de dicto debito satisfactũ, & ideo cõsequenter d. executio dẽt refragari.

Ideo ponit, &c. nõ se tñ, &c. qualiter ĩ tali die fuit numerata pecunia, &c. & ex q b. &c.

Quare constito, &c. petit prout petitum, &c. petens, &c.

Publicatio.

Facta est publicatio sup termino restituto rio indulto T. ĩ cã appositoria, quã hẽt cũ ta-

Terminus ad reprobandum. (li.

Datus est terminus ad reprobandũ acta & testes, & omnia vltimo loco producta t. in cã oppositoria quam habet cum tali.

Et talis rẽtõ cum publicato & termino ad reprobandũ ad petitionẽ vtriusq; partis ante cõclusionẽ in cã bis fieri põt: post verò conclusionẽ bis fieri põt per eũ, qui non concludit: quia vna pars in preiudicium alterius cõcludere non põt, sed in pręiudicium suum: quia per conclusionem renunciantur omnes defensiones, & postea concluditur.

Conclusum.

Conclusum est in causa oppositoria vertente inter talem & talem, vt supra.

Collatio.

Facta est collatio p̃sentis processus causæ oppositorię vertentis inter talẽ & talẽ, & consistit in chartis scriptis & non scritis, centũ.

Citatio.

Talis retulit qualiter de mandato magnifici & excellentis domini iudicis citauit personaliter t. ad dicendum & allegandum & sententiam audiendum: unde, &c.

Sententia.

Prouidenda est causa oppositoria vertẽs inter t. opponentẽ ex vna, & t. oppositum ex altera petitionis ex parte d. t. opponentis executionem causatã per t. die t. cũ eum, cum oĩbus inde secutis, nullã declarari debere: & si qua est, retractari, & cancellari debere, dictũ t. oppositum condemnari, condemnatũque cogi & compelli ad restituendum, &c. & ponitur tota petitio opponentis, & ex parte t. oppositi petitionis d. executionem declarari iustè, ritè, & rectè factam, &c. & ponitur tota petitio oppositi iuribus, rationibus, & causis ex utraque parte deductis & articulatis.

I E S V S.

Prouisum est per nos t. iudicẽ Curię t. q̃d dicta executio retractet: vel q̃ transeat & ponat hic, quòd posuit verba petitionis illius, qui obtinet vt sententia sit conformis libello, & deinde in fine addat, hãc nostrã, &c.

Lecta & lata fuit in iudicio die, &c.

Notificatio dictæ sententię.

De notificatione d. sententiæ personaliter factę d. tali constat p t. Mõterium, unde, &c.

Appellatio.

Comparuit in Cur. tali hodie die, &c. t. & dixit & dicit d. assertam sñiam nullã & nullissimam, & si qua est, ab ea appellauit, & appellat ad superiorẽ, ad quẽ spectat via appellationis grauaminis, simplicis q̃relę, recursus, & oĩ alio meliori modo, petẽs, &c. instãter & instantissimè, &c. offerens chartam & pecuniam, &c. quæ nota facta est de mandato magnifici & excellentis domini iudicis p̃sentis & mandantis, vnde &c.

DE MODO PROCEDENDI per viam cædulę.

PER viam cędulę condẽnatoriæ secũdo modo procedĩ p hunc Ritũ in quatuor casibus enumeratis p Ritum in tit. de modo proced. p viã cædulę, videlicet in casu, quo aliqs eẽ obligatus ex instr̃o publico, q̃ ob lapsum decennij nõ põt executioni mitti. Secũdò, in casu quo est obligatus virtute instr̃i publici, quod nõ est de casibus enumeratis p Ritum, q̃ habeat executionem paratã. Tertiò in casu quo est facta confessio in iudicio super aliquo interrogatorio, uel libello. Quartò, casu quo agĩ actione in factũ vigore sñię post annũ, et in ipsis capitulis primo narrã factũ, videlicet q̃ ille fuerit obligatus vigore instr̃i, quo non põt procedi via executiua, uel ob lapsum decẽnij vel q a non est de casibus, & q̃ pluries ipse creditor rogauit vt voluisset sibi soluere, q̃ debitor nunquã soluere curauit: et aduersus q̃d verbũ, pluries, ponitur vt magis cõtumax dicaĩ. ideo pluries, vel frequẽter, solet poni. l. fi. C. de vsur. pupil. Deinde ponĩ petitio hoc modo, p pea d. Curia adiuit, & petijt d. debitorẽ condẽnari, condemnatum q. cogi et cõ-

Item quòd pręsens causa fuit & est restitutionis possessionis, uel quasi, fundi existētis, &c. uia spolij, &c. pro qua fuit lis legitimè contestata, &c. Itē protestatur, quòd nō intendit ingredi merita petitorij, sed tantum possessorij priuilegiati de recenti nullis auditis defensionibus partis aduersæ iuxta formam Ritus & capitulorū Regni: imò si aliquod uerbū reperiretur, quod fortè saperet merita petitorij, illud tale uerbum sit & intelligatur positum ad confortandū spolium prędictum & non aliter, &c. Item quòd talis actor tenuit, & possedit à pluribus annis citra, usque ad talem diem, quo fuit spoliatus: uel si agitur uirtute possessionis continuatæ à defuncto in hęredē, quòd t. defunctus tēpore eius uitę tenuit & possedit usq; ad tempus eius mortis talem uineā existentem, &c. illam colendo & faciendo colere, seminādo, arando, seminari & arari faciendo, & de ea fructus percipiendo, locando & dislocando, usq; ad tēpus eius mortis. Item quòd mortuo d. t. successit & fuit hæres d. actor uel ex testamento, uel ab intestato, & hęreditatem adiuit. Itē quòd possessio defuncti cōtinuatā in hęredē ut iuris est, & sua die, &c. Item d. t. conuentus t. mense, & t. die furtiuè, malafide, & clādestino modo, cœpit sibi possessionē d. uineæ tempore, quo nullus erat in d. uinea pro d. actore, qui naturaliter possideret, uel detineret. Itē quòd d. conuentus sciebat, uel scire debebat possessionē d. uineę ad eum nō spectare nec pertinere: sed spectare & pertinere ad d. actorē, & quatenus eam sibi cœpit clandestino modo sibi cœpit, spoliando d. actorem, & consequenter suspicatus fuit, uel suspicari debuit, quòd ei per d. actorem debebat moueri pręsens lis, & tentari spoliū prædictum ut iuris est, & sua die, &c. Item quòd data antiquiori possessione iunior possessio pręsumitur clandestina; ut iuris est, et sua die, &c. Item quòd statim quòd d. actor habuit scientiā d. conuentū ingressum fuisse in talem uineam et possessionē sibi cœpisse, statim intentauit spoliū prędictum, ut patet per calendaria temporum: et quatenus opus est, et non aliter, etc. suo iuramento firmauit fuisse et esse infra bimestre tempus.

Potest hoc capitulum fieri alio modo, uidelicet. Item quòd statim quòd d. actor habuit notitiam et scientiam t. conuentum ingressum fuisse d. possessionem, statim fuit suspicatus posse repelli, si accessisset ad uineam predictam, et consequenter d. spolium clandesti-

destinum transiuit in uiolentum, ut iuris est, & sua die, &c. & infra bimestre tempus tentauit d. spolium, &c. & in tali casu hoc spolium erit violentũ respectu finis, & erit clandestinum respectu principij, quod non mutatur per superuenientiam violentiæ, vt dixi super Ritu, vbi vide.

In spolio iudicis.

Item quòd d. actor possedit, &c. Itẽ quòd dictus conuentus possessionem sibi cępit authoritate secundi decreti, sine sententiæ lata per t. iudicem Cur. ciuilis Cur. Ciui. Cata. die tali, &c. Item quòd d. sentẽtia fuit & est nulla, quoniã parte incitata & inaudita, lata fuit, vt patet per fidem Magistri Notarij, q̃ tali die vsque ad t. diẽ non reperitur citatio. Item fuit & est nulla d. sententia, quoniam non seruato iuris ordine, nec iuris solennitatibus seruatis lata fuit: & hic particulariter poteris ponere capita, quibus sententia est nulla.

In spolio interuersionis possessionis.

Item quòd d. actor locauit domum suam pro pensione & summa vnc. 10. singulis annis d. t. conuento. Item quòd finito tempore locationis prædictæ d. requisiuit d. conuentum, vt velit sibi possessionem d. domus restituere, & d. conuentus recusauit restituere. Item d. actor d. domum vendidit Caio, & iussit d. emptorem apprehẽdere d. possessionem d. domus, & d. cõuentus d. t. emptorem ingredi volentem non admisit. Vel sic: Item d. conuentus rogauit d. actorem, vt sibi liceret precarij nomine d. domum possidere, qui quidem actor eam precario possidere cõcessit. Item quòd d. actor dum voluit d. precarium reuocare, & petijt sibi restitui d. possessionẽ, & dictus conuentus eam restituere denegauit: & hæc vidi in quadam practica, vnde puto quòd sit interuersio possessionis ista vt dixi super Ritu, vbi dixi sine dubio veram etiam interuersionem possessionis, quando ille qui alieno nomine possidet, rem in alium alienat, & cõtra possidentem hoc interdictũ intentatur, & dicetur sic: Itẽ t. vbi colonus, seu cõductor, seu precario nomine d. t. actoris, tenuit & possedit talem domũ pluribus temporibus vsq; quò domum alienauit. Itẽ quòd d. t. colonus uel precario tenens d. domum vendidit d. conuento. Itẽ quòd d. conuentus hodie tenet & possidet d. domum. Itẽ quòd statim quòd d. actor habuit notitiam fuisse sibi interuersam dictã possessionẽ d. specie tentauit spolium prædictum priuilegiatum, iuxta formam Ritus & capitulorũ Regni. Item colonus uel precario possidens in alium trãsferens possessionem, quam in Dominum, pro quo possidet, dicitur interuertere possessionem, vt iuris est, &c.

Ex quibus omnibus, &c.

Quare cõstito de præmissis, &c. vel, &c. petit d. actor per d. Curiam declarari, fore & esse commissum spolium prædictum, dictumque conuentum condẽnari, condemnatumque cogi & compelli ad restituendum, tradendum & assignãdum eidem actori possessionem vel quasi prędictę vineę vnà cum fructibus à tẽpore prędictæ spoliationis perceptis, percipiendis, & qui percipi potuerunt, & omni causa vsque ad integram & effectiuam restitutionem d. possessionis, vel quasi, & integri status, in quo d. actor erat ante cõmissum & perpetratum spolium prædictum, nec nõ cum omnibus damnis, interesse, & expensis liquidatis, & liquidãdis in processu, vel extra, & hoc nullis auditis defensionibus partis aduersę iuxta formam Ritus et capitulorum Regni, petens, etc. implorãs, etc. omni meliori modo, etc. saluo semper, etc.

Facta restitutione ut supra diximus, vel tentato spolio antiquo, vbi conuentus auditur in defensionibus suis: facta probatione p actorem super libello, fit publicatio et datur terminus ad defendendum dierum octo, vel simul et semel ad defendendum et reprobandum dierum duodecim, et facit conuentus suas exceptiones sequentis formæ.

Exceptiones, defensiones, reprobationes, et iura, quas et quę dat offert et præsentat t. in Curia t. cõtra talẽ in causa asserti spolij, etc. inter eos vertente, etc.

Item quòd præsens causa fuit et est absolutionis et liberationis ab indebita petitione t. etc. Vel sic, fuit et est declarationis nullæ vel retractationis sententiæ latę, etc. Item licèt t. cõparuit in tali Curia, et conatus fuerit

probare quòd tenebat et possidebat t. uineā confinantē, &c. à pluribus annis citra, & t. tempore fuit t. fundo spoliatus; & possessio d. fundi ad ipsum conuentum iniustè venit, & indebitè ipsum fundū occupauit, & detinet, & alia, quæ vti à veritate deuia expressè negantur. Item licèt ad petitionē d. actoris fuerit prouisum per d. Cur. & pronūciatum d. actorem fuisse restituendum in possessionē d. fundi, vt constat vigore sententiæ latæ, &c. Quæ quidē sententia licèt indebitè mādata fuerit executioni, & d. actor missus in possessionē d. vineæ: tñ venit cum omnibus inde secutis nulla de laranda, & si qua est retractanda, reuocāda & irritanda iuribus rationib⁹ & causis infra declaratis, & alijs suis loco & tempore dicendis, & allegandis. Et primò quòd fundus vel domus, quā d. actor dixit possedisse & spoliatum fuisse, possidebat & possidet t. iam sunt plures anni. Item ex hoc apparet quòd si t. possidebat, d. actor non possidebat: quia non possunt duo insolidum possidere, vt iuris est, & sua die. Item iam est annus, quòd d. actor d. fundum tradidit tali. Item d. actor primò de possessione ipsius fundi expulerat & deiecerat ipsum cōuentum, & incontinenti d. cōuentus deiecit d. actorem à possessione d. fundi recuperādo suam possessionem, & eam defendēdo, & in ea se manutenendo & non aliam capiendo. Item in die, qua ipse actor asserit sibi illatam fuisse violentam, erat alius in possessione d. fundi, vide licet t. & non ipse actor. Item ipse cōuentus habuit possessionem & causam ab ipso t. qui habuerat possessionem & causam ab ipso actore. Ex quibus apparet d. actorē non fuisse in possessione tempore, quo asserit se esse spoliatum, & consequenter non fuisse spoliatum, sed d. conuentum suam recuperasse & defendisse possessionem.

Quare constito de pręmissis, &c. petit d. conuentus d. sententiam nullā declarari, & si qua est retractari & irritari; & declarari d. actorē non fuisse spoliatum: quo declarato d. actorem condemnari condemnatumque cogi, & compelli ad restituendum tradēdum & assignādum d. conuento possessionem, vel quasi, prædicti fundi cū omnibus iuribus & pertinentijs suis, & cum omnibus benefactis in eo eiusdem conuenti voluntate factis, nec nō reintegrari & restitui in suam pristinā possessionem, in qua, & prout erat tēpore litis motę, cum omnibus dānis interesse & expensis passis & patiendis, verificatis & verificādis, petens, &c. implorans, &c. omni meliori modo, &c. saluo, &c.

Et si non fuerit facta restitutio per conuentum, petat ipse cōuentus absolui & liberari debere à petitione actoris.

In causa iuris prothomiseos.

Emptor facit promulgare bānum, qualiter emit domū, & si quis pretendit recuperare, quòd cōpareat infra quindecim dies, aliàs sit sibi præclusa via, & tunc si infra quindecim dies nemo comparet, quare est securus: si verò bannū promulgare nō fecit, tunc infra annū poterit quilq; iure ꝓthomiseos venire ꝑ consuetudinē huius c. Cathaniæ: et si aliter est dispositum ꝑ Ritum et c. constōnis Regnī uide. Si ergo qs voluerit recuperare in Curia, et facit notā, ꝙ prætendit recuperare tanquam cōsanguineus, siue vicinus iure ꝓthomiseos deponendo pretium et obseruādo se facere similem conuentū et fideiussionē, ꝓstando de soluēdo benefacta, si qua erūt et facit d. notam notificare emptori antiqui tus ꝑ quandam cędulā, hodie per simplicem iniunctionē, narrando factū ꝙ vult recuperare, et ꝙ cōpareat ad dicendū, an velit litigare, vel liti cedere, et si ille noluerit liti cedere, cōparet et facit notā in pede dicēs, ꝙ vult litigare, et hæc est litis contestatio, et deinde ꝓsentat capitula, deinde ꝓsentat suas exceptiones reus, et petit absolui et liberari debere, et si actor venit ut consanguineus reus poterit opponere de illegitimitate, et ille poterit formare suas replicationes, et probare legitimitatem, et petere prout petitum est.

In causa recuperationis iuris prothomiseos.

Informationes, etc.

Item ꝙ t. vendidit quoddam petium terræ cum arboribus situm in tali territorio, cōfinans ex parte orientis cum loco et uinea d. actoris, et alijs confinibus, subiectum in tarenis t. & hoc ꝑ pretio vnciarum tot, vt patet tenore contractus celebrati in actis t. Notarij, &c. cuius tenorē, &c. si & quatenus, &c. & non aliter, &c. Item quòd de iure consuetudi-

tudinario fuit et est, ꝙ in quauis alienatione, quotiens interuenit pecunia, vicinus admittit ad recuperandum infra annum, cuius cõsuetudinis tenorem, etc. Item quòd d. actor in d. contractu habet locum confinatum et vicinum, cum d. petio terræ. Item volens d. actor iure prædicto recuperare, pluries extra iudicium requisiuit d. conuentum, et demũ causauit sibi cędulam super petitione prædicta, ut patet per eam, cuius tenorem, etc. si et quatenus, etc. et non aliter, etc.

Ex quibus, etc.

Quare constito, etc. d. actor petit per d. Cur. declarari dĉte fuisse et esse locũ recuperationis iuris prothomiseos d. loci siti, et positi in territorio, quo declarato ipsum cõuentum condẽnari, condemnatumq. cogi et compelli ad dandum tradendum et assignãdum eidem actori prædictum locum cum iuribus et pertinẽtijs suis, cum fructibus et omni causa à tpe litis contestatæ citra, vnà cum expẽsis, etc. petens, etc. implorans, etc.

In causa petitionis dupli.

Dum fiunt oppositiones in causa oppositoria, potest peti duplum, videlicet petendo prius retractari executionem, et deinde ea retractata condemnari ad duplũ. Et petit post retractatam executionem in causa oppositoria agi causa petitionis dupli, et tunc fiet capitulum, et narrabitur factum vsque ad retractationem d. executionis. Item ꝙ facta d. executione et ante et post semper fuit intimatum et denunciatum ipsi conuento, qualiter fuerat sibi satisfactum et solutum de debito prædicto, et quòd non deberet vlterius d. tı molestare sub pęna dupli, ut apparet per d. cędulam protestatoriam, cuius tenorem, etc. qua non obstante licet fuerit sibi solutum et satisfactum de debito prædicto, prout ipse conuentus habuit et habet notitiam, tamẽ de malo in peius perseuerando, ipsum molestauit et uexauit in executione prædicta, eũ effectualiter cogendo ad soluendum. Item d. actor in t. tempore et in tali loco soluit cẽtum salmas frumenti. Item d. actor d. debitum coactè soluit non ualens aliud agere.

Ex quibus infertur d. debitum idem bis habuisse.

Quare constito, etc. d. actor petit d. conuentum condemnari, condemnatumque cogi, & compelli ad dandum tradendũ & assignandum eidem actori vncias tot, quod est duplum vnc. tot, quos recepit d. conuentus. Est bene verum, quòd si habuit ipse actor debitũ, petet dari sibi tantum duplũ, quod est summa ulterius quãtitatis similis, vt si debitum fuit vnciarum 3. et in causa oppo. fuit reuocata executio, et qui exercuit executionem non habuit debitũ, vel habuit et restituit, petet ipse actor dari sibi alias vnc. tres.

In causa petitionis Salariorum.

Item, ꝙ fuit Grammaticus Rethor, et Magister in Scholis, siue medicus, siue aduocatus. Item, ꝙ d. actori pro sua doctrina et cura pro suo salario cõsueuit dari et solui tot quolibet anno, siue mense: vel quod ex conuentione partium fuit accordatum sibi dari tot. Item, quòd patrocinium, vel curam, uel seruitium d. actor exhibuit tãto tempore docendo eius filios grammaticam, rethoricam, phisicã, vel aliam artem. Item causa, in qua idem actor suum præstitit patrociniũ, adeo fuit magna, quòd eidem aduocato pro eius salario competebat tot. Item in tali ciuitate fuit et est consuetudo quòd Magistris aduocatis uel rethoribus, uel alijs, etc. datur, uel dari debet tot pro eius salario.

Ex quibus omnibus, etc.

Quare constito, &c. petit d. actor d. conuentum condemnari, condemnatumque cogi & compelli ad dandum soluendum et assignandum eidem actori vncias quatuor pro salario patrocinij præstiti eidem conuento in tali causa, uel illius quod præstari per actorem non steterit, quominus præstitisset, petens, etc.

In causa redditus administrationis tutelę.

Item quòd d. conuentus fuit tutor testamentarius, legitimus, uel datiuus. Item ꝙ uti tutor gessit, vel gerere debuit à t. tempore usque ad t. tempus d. tutelam, quæ finita fuit adueniente pubertate ipsius actoris. Item ꝙ talis pupillus habuit testi. et tot bona remanentia post mortem patris ipsius pupilli. Itẽ d. conuentus uti tutor omnia prędicta bona abstulit. Item dicta tutela finita est pubertate, et datus est curator pupillo, ut constat uigore d. cędulę Curatię cuius tenorem, etc.

Quare constito, etc. petit d. actor cum authoritate sui curatoris d. conuentum uti olim eius tutorem condẽnari, condemnatumq; cogi & compelli ad reddendum rationem administrationis tutelæ supra dictæ cũ reliquorum consignatione & et restitutione, & omne id quod apparet, siue apparebit ipsum actorem fuisse damnificatum ex eius mala administratione, petens, &c.

In contradictorio iudicio tutelæ.

Item ꝙ t. mortuus est relictis t. et t. pupillis. Item quòd d. actor datus fuit tutor in testamento, vel procurator, vt patet vigore testamenti, vel vigore cędulæ. Item d. actor vti tutor administrauit negocia ipsius pupilli, & in p̃dicta administratione expendit tot. Item in d. administratione vtiliter cępit & consumauit d. negocium. Item vtiliter cępit d. negociũ, & ideo est obligatus ĩ tutela prędicta.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. petit ipse actor d. conuentũ condẽnari, condemnatũq; cogi & compelli ad dandum tradendum & assignandũ, siue restituendũ sibi tot, vel ad satisfaciendum sibi actori de omnibus expẽsis factis in re & bonis negocijs d. pupilli, ita ꝙ ipse actor seruet indemnis, petẽs, &c.

In actione mandati, siue negociorum gestorum.

Item ꝙ t. tali die vel t͞pe ipse actor mandauit eidem conuento, vt negocia gereret in t. ciuitate, & ei generalẽ administrationẽ cõcessit & liberam. Item ꝙ d. conuentus suscepit d. mandatum, & p̃dicta negocia administrauit in loco p̃dicto. Item ꝙ ex d. administratione d. conuentus est locupletior effectus. Ex quibus infertur d. conuentũ esse obligatum ad reddendũ rationem p̃dictę administrationis, uel procurationis, quam administrauit. Item ꝙ exegit vncias decem à Caio.

Quare constito, etc. petit d. actor d. cõuentum condemnari, condẽnatumque cogi & compelli ad dandum, seu reddendum rationem d. actori administrationis prędictæ, nec non ad dandum tradendum & assignandum eidem actori omne id, in quo apparuerit locupletiorem esse & omnes pecunias & res, quæ apparuerunt peruenisse ad ipsum conuentũ de bonis ipsius actoris, & præsertim vnc. decem, quæ sibi peruenerunt à Caio, vnà cũ expẽsis, petens, &c.

In causa dotis promissæ sine scriptura: quia si esset scriptura, esset de casibus.

Item quòd t. matrimonium legitimè, & secundùm sanctam Romanam Ecclesiam & canonum statuta contraxit cum Berta. Item d. t. eam ad domum traduxit, quam tenuit & tenet in eius domo, in quo tempore d. t. sustinuit prout de p̃senti sustinet onera matrimonij, dictam Bertam & eius filios alendo, ac subministrando omnia necessaria filijs omnibus, prout quilibet bonus paterfamilias facere solet & debet, &c. Item quòd Caius pater dictæ Bertæ, iam sunt tres anni, promisit eidem actori soluere & assignare centum pro dicta Berta in dotem & nomine dotis. Item quòd pluries d. Caius requisitus fuit ab ipso actore, ut prædictas vncias centum soluere & assignare vellet, & nunquã curauit ei soluere. Itẽ d. actor habuit et pass° fuit interesse pro dicta dote sibi non soluta.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. d. actor petit d. Caium condemnari, condemnatumq; cogi & compelli ad dandum tradendum & assignãdum eidem actori d. vncias centum cum fructibus & interusurio à t͞pe moræ citra, cum omnibus expensis, &c. petens, &c.

In actione ex empto.

Item ꝙ t. vendidit salmas decem frumenti, & hoc ꝓ pretio vnciarum quinque, quod frumentum d. actori dare promisit ipse conuentus per totum mensem Augusti anni pręsentis in tali loco. item d. actor d. vncias quinque pro pretio d. frumẽti est paratus soluere eidẽ conuento, vel deponit penes Cur. ciuilem dictæ ciuitatis. Item sæpe fuit requisitus d. conuentus dictum frumentum tradere debere eidẽ actori, & nunquam voluit tradere, imò recusauit & sępius fuit in mora illud frumentum tradere. item quòd in t. loco, seu terra communiter frumentũ solet vendi ad tarenos quindecim singula salma, et t. pretij et valoris cõiter valuit infra annum præsentem in mense Augusti citra, et demũ vide Ang. Aret. in §. actionum aũt, col. 2. Inst. de actionib. quo petat hoc interesse.

Qua-

Quare constito, &c. petit d. actor d. conuentũ condẽnari, condemnatumq; cogi & compelli ad dandũ tradendũ & assignandum d. salmas decẽ frumenti, & in defectu valorem & pretium quanti plurimi valuerit, & æstimatum fuerit valere, & valuisse & à tempore moræ citra, vna cum expensis, &c. petens, &c.

In causa emptionis frumenti de massario ad mercatorem.

Item q d. conuentus vendidit pro pretio vnciarum decem tantam quantitatẽ frumenti de massario ad mercatorẽ, vt positũ erit in tali ciuitate, q dare promisit in mense Augusti vel tempore recollectionũ, & de primo. Item d. actor d. vncias 10. pręsentialiter soluit & dedit d. conuento p pretio & pagamento d. frumenti. Item adueniente tpe d. recollectionis frumentorum fuit in pdicta ciuitate posita meta inter massarium & mercatorem p officiales d. ciuitatis, vt moris est, ad tarenos xx. p qual bet salma, Item adueniẽte tpe d. recollectiones post metæ positionẽ d. conuentus fuit pluries requisitus ab eodẽ actore, vt vellet d. frumentum ipsi actori tradere, put tenebat. Item d. conuentus nunquam voluit d. frumentum tradere & dare eidem actori, & ppea idem incurrit in maximum damnũ & interesse. Item tali loco mercatores solebant vendere eorum frumenta ad rationem tarenorum 26. p qualibet salma, & ita cõiter mercatores d. terræ eorum frumenta vẽdere solebant. Item d. actor fuit, & est mercator solitus mercantias facere & eius frumenta extrahere & vẽdere maiori ptio, & multum cum frumentis lucrari.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. petit d. conuentum condemnari, condemnatumque cogi, & compelli ad dandum, tradendum & assignandum eidem actori salmas tot frumenti, & in eorum defectu ad pretium & valorem quanti plurimi fuerit & valuerit à tempore moræ citra, necnon ad omnia damna interesse & expensas passas & patiendas culpa, defectu & mora ipsius cõuẽti, verificatas & verificãdas in processu ac extra, petens, &c. implorans, &c. omni meliori modo, &c. saluo, &c.

In causis ordinarijs.

In actione hipothecaria.

Quæ probanda sint in hac actione, vide Ang. Aret. In §. item Seruiana, col. 4. vbi et Ias. Instit. de act. Sed cautus aduocatus intentat potius Saluianũ interdictum, q̃ actionem hipothecariam, quia non appellat: & quia sufficit pbari rem fuisse possessam per debitorem, & non rem fuisse in bonis & dominio debitoris: et quia fm aliquos, non requirit excussio. vide Cepollam caut. 81. Bertran. cons. 217. Rol. à Valle cons. 14. vol. 1.

Item, q talis mutuauit vncias viginti Sẽpronio, qui obligauit oĩa bona sua ipsi actori, vt patet vigore ꝯctus in actis notarij, etc. cuius tenorem, &c. si et quatenus etc. Item d. t. tempore d. mutui tenebat & possidebat talem domum, quã adhuc tenet et possidet ipse conuentus. Item tpe obligationis prędictæ t. domus fuit et erat in bonis d. t. obligantis, et ad eum pertinebat. Item d. actori non solum competit actio hypothecaria, sed etiam Saluianum interdictũ, et alia plura remedia, non obstãte lapsu cuiuscunq. tẽporis, et forsan ptensę præscriptionis, cum nunquã ipsi tps cucurrerit: et si cucurrit, uia restitutione in integrum, quã petierunt et petũt, deduxerũt et deducũt ex multis causis, et rõnibus, et pſertim ex clausula gñali, si qua mihi iusta cã, etc. et ex causa iustę ignorãtiæ.

Quare constito, etc. petit d. actor per d. Curiam declarari debere fuisse, et esse obligatum et hypothecatum ipsi actori p debito prędicto, quo declarato d. conuentum condẽnari, cõdemnatumq; cogi et compelli ad dãdum tradendum et assignandum domum prædictam uti eam hypothecatam detineat, et pignori incumbat pro quantitate sibi debita, ut uendatur, et de pretio ipsius satisfiat d. actori de debito prædicto una cũ expensis factis et faciendis, etc. petens, etc.

Et pro hac conclusione in hypothecaria vide Fan. in tract. de pigno. in 3. membro 8. partis, nu. 24.

Alio modo.

Item, q t. vendidit t. domũ francã et liberam p pretio vnciarũ xx. et pmisit de euictione, obligãdo ppea spiritualiter et expresse talẽ vineã ut patet ex ꝯctu, cuius tenorem, etc.

Item super d. domo fuit mota lis d. actori à tali in Cur. tali: qua p p d. actor cedulā laudatoriā causauit aduersus d. venditorē, denūcians sibi motā fuisse d. litem, & q ipse venditor veniret ad defendendū d. domū venditā, vt tenebaē, vt patet vigore d. cedulæ, cuius tenorem, &c. Itē non obstante d. denunciatione d. vēditor minimè curauit rem pdictā defendere vt tenebaē. Itē d. actor prosequēs d. litem p legitimos iuris tramites vsq; ad cōclusionem, fuit deniq; p d. Curiam pronunciatum, talem domū spectare & ptinere ad dictum talem: & sic fuit res pdicta euicta ab ipso actore per sententiam pdictam, quæ quidem sententia suum fuit sortita effectum, & fuit d. domus à d. actore p d. Cur. oblata, & tradita præfato tali, ut patet vigore sententiæ & actus excutionis, quarū tenorem, &c. Item tpe petitionis pdictæ, talis vinea erat in bonis, & ex bonis talis venditoris. in hoc cogita, an debeat esse in bonis venditoris d. vinea tempore, quo vendidit domum, Fan. in 3. memb. 8. p. . . n. 6. de pign. Rol. à Valle cons. 14. vol. 1. Item, quòd hodie d. vineam tenet & possidet d. conuentus, &c.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. Dic vt supra.

Nota, q in hipothecarijs descendentibus ex generali hipotheca, quę ꝯ tertios possessores est, requiriē discussio bonorum principalis, quæ fieri potest p nuncium, qui missus à iudice valeat discutere bona ipsius principalis, qua discussione facta nuncius hēt referre iudici, nec in discussione requiriē libellus, sed solum requiriē quòd citeē t. possessor, quando fit discussio. Similiter si talis discussio nō fieret, & conuentus hipothecaria non opponeret exceptionem ante litem contestatam, poterit ea opponere in quacunq; parte iudicij, & tunc poterit fieri discussio, ac si fuisset facta ante litem contestatā. Si verò non opponereē talis exceptio, tunc pręsumiē facta, & ita in magn. Cur. practicatur. Si uerò res esset specialiter obligata in casu euictionis, vt dictum est in casu præcedenti, non esset necessaria discussio. vide l. prosecutione, & auth. ibi posita, C. de pign. & Doct. in §. item si quis in fraudem, Insti. de actio.

Libellus in rei venditione.

Nota, q in rei vendicatione debet probari dominium, quod probaē per titulum rei vendicantis, & titulum authoris, vide Maran. in reper. in uer. Dominium.

Item, q Titius tanquam Dominus & patronus vendidit Caio fundum existentē &c. confinantē, &c. pro ptio vnc. 20. & possessionē d. fundi tradidit d. Caio, & pretium pdictum recepit. Item d. Caius iusto titulo pdicto venditionis & bona fide tenuit & possedit per annos decem inter præsentes, vel 20. tàm præsente, quàm absente t. dictū fundū in eo atando, & arati faciēdo, fructus colligendo & percipiendo, ac colligi & pcipi faciendo, tāquam verus Dominus, patronus, & possessor de re sua facere dēt, & potest, ac mercedes et pensiones à conductoribus recipiendo. Item d. fundus iure directi dominij vtilis, vel quasi, spectat ad dictum actorem. Item pfatus couentus indebitè, et minus iustè d. fundum tenuit et possedit, ac de psenti tenet et possidet, facultatē hēt illum restituēdi. Itē possessio d. fundi mala fide et sine titulo, imò p uim eam occupando peruenit, iam sunt tres anni, ad d. conuentum, ac illū eum d. mala fide et sine titulo et cum violentia tenuit et possedit, ac de præsenti tenet. Item q pluries d. conuentus fuit interpellatus à d. actore, vt eundem fundum relaxaret et restitueret, quod facere recusauit.

Ex quibus omnibus, etc.

Quare constito, etc. d. actor petit per d. Cur. declarari fundū prædictū ad ipsum Caium pertinere et spectare iure directi dominij, uel quasi: quo declarato ipsum conuentū condemnari, condēnatumq; cogi et compelli ad relaxandum et restituendū fundum pdictum eidem Caio actori, cū fructibus perceptis, percipiendis, et qui percipi potuerant, et omni causa à tempore prædictæ occupationis, seu à tempore malæ fidei superueniētis, uel si non superuenerit mala fides, die à tempore litis contestatæ vna cum expensis, etc.

Ex quibus, etc.

In causa petēdi sumptus factos p defendēda re vēdita, si expressim in ꝯtu sunt pmissę istę expēsę: sed si nō sūt pmissę veniūt appellatione interesse et diceē de expēsis, deīde de interesse.

Itē, q d. actor emit rē à dicto couētu p vnc. 10. quas soluit psentialiter, et ipsi actori ipse couētus vēditor pmisit de euictione, et i casu mo-

molestiæ restituere oẽs sumptus, quos fortè fecisset, vt patet per contractũ, cuius tenorem, &c. Item, quòd fuit mota lis super t. re vendita per t. in Cur. t. & laudauit d. conuentum vt veniret ad defendendũ, ut patet vigore cædulæ, & aliorum actorum, quorũ tenorẽ, &c. Item, quòd d. conuentus non curauit, nec venit ad defendendũ d. actorẽ. Itẽ q d. actor vsq; ad finem, & conclusionẽin cã sustinuit d. litem. Itẽ expendit ꝓ aduocato, ꝓ procuratore, sollicitatore, & alijs, &c. pro sustentanda d. lite vnc. 10.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. petit d. actor d. cõuentum condẽnari, condẽnatumq; cogi & compelli ad dandum tradẽdum & assignandũ d. actori vncias decem pro expẽsis, quas soluit in d. lite, nec nõ expẽsas, &c. petens, &c.

In causa petendi interesse, quod emptor est passus pro re sibi vendita.

Item q t. vendidit domum existentẽ, &c. à die vt sup. a diximus in præcedenti libello, & solum addas. Item, q venditor ꝓmisit de euictione, & se obligauit sub pœna dupli & oĩum damnorũ & interesse. Item, q mota lite denunciauit ipsi conuẽto vẽditori, vt veniret ad defendendũ, q non curauerit venire, & ipse emptor vsq; ad finẽ, & exitũ causæ ꝑ se, suosq; idoneos procuratores & aduocatos d. cãm defendit, & demũ res ꝑdicta fuit euicta à ꝑdicto emptore, & eidem t. procu. tradita & assignata; vt patet vigore actorũ, &c. quorũ tenorem, &c. Item, q propter litem, & qõnem prædictã d. emptor passus est multa damna, & interesse, taliter q reperitur dãnificatus in vncijs 20. & in alijs expensis.

Ex quibus, &c.

Quare constito, &c. petit d. venditorem conuentum condemnari, condemnatumque cogi & compelli ad dandũ tradendum & assignandum eidem actori pretium ipsum, & duplam ipsius promissum nomine euictionis, nec non vncias 20. pro damnis, & interesse vnà cum alijs damnis interesse & expensis factis & faciendi, liquidatis, & liquidandis in processu, vel extra, petens, &c.

Libellus in rescindenda venditione.

Item, quòd d. conuentus vendidit ipsi actori equũ pili baijcum naribus trappatis, mercatum merco ferreo pro uncijs decem, quas habuit, &c. vt patet virtute contractus, cuius tenorem, &c. Item c. equus fuit, & est retrogradus, morbosus, gallosus, & aliũ morbum habet. Item, quòd tempore venditionis d. morbus erat latens & occultus, & non apparebat, etiam erat ante venditionẽ.

Ex quibus apparet debere redhiberi, &c.

Quare constito, &c. petit per d. Cur. d. venditionem rescindi, qua rescissa d. conuentum condemnari, condemnatumq; cogi, & compelli ad sibi capiẽdum d. equum, & restituendum d. pretium d. actori vnà cum expensis, petens, &c.

Præsentato itaq; libello, si fuerit positũ verbum, subeat, in rubrica libelli: citatã pars vt veniat ad subeũdum, & nec antea ostendiã libellus, nec ipsi, nec eius aduocato, nisi fecerit secunda iura: nã libellus, qui est prima iura, non ostendiã ante subitionem: sed replicatio & restitutio, quãdo non sunt prima iura, sed secunda iura, solent ostẽdi aduocato eius cũ iuramento de non reuelando, & si fuerit procurator instructus, qui iurare possit in animã constituentis, qui voluerit subire; tunc parte consentiente admittiã: aliàs, si pars voluerit principalẽ interrogari, tanquam magis instructum, poterit hoc obtinere, dũ modò q faciat depositum de expensis, quas pateretur ipse principalis, si fortassis ex parte aliqua longinqua veniret. vide Neap. zz. in cons. 7. & si fuerit mulier, vel alia persona rustica, q petitur subire, poterit allegare q vult subire consulta cum præsentia sui aduocati, & admittetur ad subeundum consultè, & tunc faciet rubricam commissarius.

Talis et t. conuentus à tali existens in Cur. interrogatus cũ iuramento super non tangentibus, et super tangentibus, siue super libello præsentato per d. t. et primò super primo capitulo dixit, etc.

Si verò noluerit subire, tunc fiunt binæ citationes ad subeundum; et post binas citationes de mãdato iudicis apponeẽ verbũ, cõfitet, siue verbum magis dãnosum, et deinde fit cedula, q purget tale uerbũ, et reformet confessionem refectis expensis infra certum terminum: quod si non fuerit factum, fit cedulà purificatoria, et præcludiã uia purgãdi ale verbum: quam formã vide supra de mo-

do proceden. per viam cedulæ. Et complectur processus,& mittūtur scripturæ iudici ad effectum sententiæ ferendæ,& pronunciatur sententia. Sed si subierit, & citatur pars ad præsentandū suum interrogatorium aduersus testes,& ad testium iuramenta videndū: qui citatus petet copiam capitulorum,& super illis formabit suum Interrogatorium huius formæ.

Interrogatorium aduersus testes.
Rubrica.

Quoniā ad officium Iudicis spectat cuncta rimari, & veritatem plena inquisitione perquirere: ideo testes examinādi ad petitionem & instantiam t.contra t. super capitulis per eum præsentatis in Cur. ciuili sub eodē vinculo iuramenti interrogentur & examinentur diligenter super infrascriptis capitulis, & vnoquoque ipsorum.

In primis interrogentur, & dicant, cuius ætatis sunt, quomodo viuunt, & quam artē exercent:& si sunt pauperes,aut diuites. Itē, si sunt cōsanguinei,& in quo gradu, affines, familiares,domestici, commensales, aut multum amici ipsius producentis. Item, si sunt aduocati, procuratores, vel sollicitatores ipsius producētis in præsenti causa,& pro quo desiderant victoriam. Item, si tangitur eorū interesse directè vel indirectè: testes enim nō sunt idonei,qui propter delictum affecti sūt iniuria, vt cōsanguinei & affines offensi. Parif.consi.152.n.10.vol.4. Item, si fuerunt instructi in eorum depositione,& per quē. Itē, si fuerūt citati , aut spōte veniunt ad deponendum. Item, si sunt soliti dicere mendaciū cum iuramento,vel sine. Itē, si fuerunt aliàs accusati de periurio , vel de alio delicto, & si se cōpofuerunt cū parte, vel cū fisco, vel fuerunt condēnati. Item, si sunt soliti bibere & comedere in tabernis, & vino inebriati. Itē, si habēt vxorem,& gancam. Item, si sunt soliti confiteri eorum peccata quolibet anno, & accipere sacratissimum Corpus Christi, quia testis idoneus non est, qui non confitetur semel in anno. Paris. in cons.58 . nu.83. vol.4. Item, si sunt soliti blasphemare Deū, beatā Virginē, & sanctos eius. Item, si sunt soliti ludere ad ludos prohibitos. Item, si sūt inimici partis , contra quam producuntur. Item, si contigerit deponere super capitulis probatorijs, dicāt quomodo sciunt contenta in eis, & dicant locum & tēpus, & reddāt causam scientiæ , & oīa particulariter declarent. Itē, si contigerit deponere de fama publica super secundo capitulo dicant , à quo intellexerunt,& vbi,& qū, & an ibi fuerunt amici , vel inimici, bonæ vel malæ famæ, & quis fuit primus, qui locutus est,& si fuit fama ante litem motam,vel post.

Testes posteà examinabuntur super capitulis probatorijs,& successiuè super interrogatorio p̄dicto per Magistrum Notarium: quandoque transmittitur hoc interrogatorium.Iudici,ad effectum vt illud corrigat, si fortè aliqua capitula fuissent impertinentia: q. Iudex delebit talia capitula, & vide Spec. in tit. de teste,§. Iam de interrogatorijs. Sicut potest reus mittere ad effectū , quòd aliqua fortè capitula, quæ essent impertinētia, non starent.sed testis solet mittere ad effectū inscriptis, vt non stent capitula, & ad cōtrarium effectum mittit actor quòd stent,& super eis producātur testes, & iudex inscriptis determinat,stent vel non stent: Sed actor,cū mittit interrogatorium iudici, solet mittere simpliciter sine scriptis , qui iudex statim videt & delet vel non delet capitula. Denique factis probationibus & productis testibus, atque trāsacto termino dierum octo in summarijs, vel duodecim in ordinarijs,fit publicatio, & ponitur & producat, si est in continua, huius formæ.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino principali ad probandū indulto tali actori in causa summaria iuxta formā Ritus, quā habet cum tali conuento,& producat si est in continua,vel super termino vtrique parti indulto ad probandum in causa, in qua ordinariè proceditur, vertente inter talem & talem.

Deinde datur terminus ad defendēdum, et reprobandum in causa summaria:in ordinaria datur terminus ad reprobandum dierum quatuor actori, et fit publicatio:deinde aliorum quatuor reo,et fit publicatio,cuius est forma.

Terminus ad defendendum et reprobandum.

Datus est terminus ad defendendum et reprobandū t. conuento in causa summaria,

quam

quam habet cum tali dierum duodecim. Et si voluerit illum diuidere, poterit dari dierũ octo ad defendendum, & deinde dierũ quatuor ad reprobandum prædicta forma: quia in quolibet termino, in quo aliquid est actũ, fit deinde publicatio: in isto enim termino ad defendendum præsentantur exceptiones rei, quarum formã require supra in libellorũ formis: & præsentatur hic etiam interrogatorium aduersus testes, vt supra diximus eodem modo, & forma, quo supra est dictum, & facta publicatione super hoc termino, vel ad defendendum, & reprobandum iunctim vel diuisim in causa summaria, vel ad reprobãdum in causa ordinaria. Et si aliquid fuerit actum in termino defensorio indulto reo, datur terminus ad reprobandum actori dierum quatuor, & si aliquid est actum fit publicatio super dicto termino ad reprobandum, vt etiam supra diximus.

Forma termini ad reprobandum.

DATVS est terminus ad reprobandũ t. in causa ordinaria, siue summaria, quam habet cum tali dierũ quatuor. Vel dicitur ad reprobandum testes & acta vltimo loco producta, si non fuerit primus terminus ad reprobandum, sed secundus, & fiet publicatio hoc modo.

Forma publicationis super termino reprobatorio.

FACTA est publicatio super termino reprobatorio vltimo loco indulto t. in causa ordinaria, vel summaria, quã habet cum tali.

Et si pars aduersa fuerit sibi protestata aliquas scripturas, sis cautus vt facias per iudicem ei dari certam dilationem, infra quã debeat illas exhibere: alias quod non possit amplius illas probare & exhibere, atque rescindere conclusionem, & causam dilatare, quibus scripturis exhibitis tunc poterit dari terminus ad reprobandum scripturas prædictas, & fit publicatio, & deinde si pars sit persona restituibilis, dantur restitutiones ex causa primæ, & ex causa secundæ.

Forma restitutionis ex causa primæ.

DATVS est terminus ex causa primæ t. in causa summaria, vel ordinaria, quam habet cum tali dierum sex.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino ex causa primæ indulto t. in causa sũmaria vel ordinaria, quam habet cum t. Et si est quid actum, datur terminus ad reprobandum, & fit publicatio: si verò nihil est actum, datur terminus ex causa secundæ.

Ex causa secundæ.

Datus est terminus ex causa secundæ t. in causa ordinaria, vel summaria, quã hẽt cũ t.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino ex causa secundæ indulto t. in causa ordinaria, vel summaria, quam habet cum tali. Et ista publicatio & terminus postea ad reprobãdum cum alia publicatione fit, quãdo aliquid est actum in dictis terminis: alias non fiunt, sed fit conclusum in causa.

Conclusum.

Conclusum est in causa ordinaria vel sũmaria vertente inter talem actorem ex vna, & talem conuentum parte ex altera.

Restitutiones extraordinariæ ante & post conclusum in causa peti possunt per eũ, qui non concludit: sed per eum, qui non concludit, nõ petuntur, nisi ante conclusionẽ, & fit publicatio & datur terminus ad reprobandũ vt supra, & bis talis restitutio concedi solet.

Restitutiones extraordinariæ.

Restitutus est ex causa t. in causa summaria vel ordinaria, quam habet cũ tali ad dies duos rescissa conclusione, & paratus statim præsentat capitula; cũ alias nõ cõcederetur.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino restitutorio indulto t. in causa, quam habet cũ tali.

Si pars voluerit sibi capere terminum ad reprobandum, & quę acta sunt in restitutione, poterit, alias renunciato termino reprobatorio iterum concludet, & addet in conclusione hæc verba: Renunciato termino reprobatorio.

Et notandum est, quòd quando quis restituitur, non poterit in d. termino restitutorio reprobare: quia terminus reprobatorius est odiosus, & restitutio qua conceditur ex æqui-

æquitate prætoris non debet in ſe continere reprobationem tanquam odioſam. Item nō conceditur reſtitutio ad reprobandum, nec poſt concluſum in cauſa, nec ante, niſi tantū ad defendendū: ideo ſis cautus, vt quãdo tibi datur terminus ad reprobandum, vt in eo præſentes reprobationes, & probes in d. termino & ſua continua, nec dimittas d. terminum pertranſire, & quòd præcludatur tibi via: quia illos teſtes, aduerſus quos fuit datus d. terminus ad reprobandum, non poteris amplius reprobare, licèt poſteà aduerſus alios teſtes poſteà productos fuerit tibi datus alius terminus ad reprobandum.

Facta concluſione fit citatio ad collationem proceſſus, colliguntur ſcripturæ & mittuntur iudici ad effectum ſententiæ ferendę, vt ſupra diximus.

Si verò cauſa agitetur inter ciues Panhormitanos ante cōcluſionem in cauſa, dabitur terminus peremptorius dierum .... & ſi quid eſt actum, fit publicatio, & datur terminus ad reprobādum, & ſuper eo ſi quid eſt actū, fit alia publicatio, & concluditur in cauſa.

Et denique notandum, hos terminos ad prædictam dilationem dari: ſed ſi cauſa fuerit feudalis, tunc terminus principalis datur menſis vnius, & cæteri duplicantur: vide tū hic Petrum de Grego. in tract. de iudi. cau. feud. Datur etiam terminus mēſis vnius ad dicendum, & allegandum: & ſi in ciuitate, vbi Curia moram non trahit, datur terminus principalis arbitrio iudicis, dummodò quòd non excedat dies xx. vide in Ritu de modo proced. in cau. ordinar.

DE MODO PROCEDENDI per modum Poſtæ.

ITEM poteſt procedi etiam ex abrupto viſione ſcripturarum per viam effectus parte nō reluctante, & ſi citata reluctat, poteſt dari terminus ſecūdum naturam cauſæ vel octo, vel duodecim dierum ſtante effectu loco poſtę, id eſt loco poſitæ petitionis, qui cum reſponſione facta per partem, quæ reluctauerit, dicens quòd non conſentit in modo procedendi, quod dirigat ſe via ſua, habet vim litis cōteſtationis, & dicitur tunc procedi in cauſa per modum poſtæ, & ita in terminis dicitur in cauſa per modum poſtæ vertente, &c. ſecundum Petrum Greg. in tract. de iudi. cau. feud. quæſt. 9.

DE MODO PROCEDENDI in cauſis feudalibus.

IN cauſis enim feudalibus, ſicuti & in allodialibus, fit citatio prima, quæ ad literas triplicem habet viam. prima eſt, vt infra 40. dies poſſit pars citari. ſecunda à die citationis, & non à die datarum literarū reſpōſalium, vt infra alios 40. dies poſſit incuſari cōtumacia, ſi ante nō recuſauerit reus cōtumaciam citari facientis. Tertia vt infra ſex menſes à die vltimi actus poſſit procedi ſine citatione, poſteà dicitur circunducta, l. poſt edictum, ff. de iudi. ponit Petr. Gregor. in tract. de iudic. cauſ. feud. q. 11.

Et conteſtata lite datur terminus principalis menſis vnius in cauſis feudalibus, quæ ponuntur inter modum procedendi ordinariè, & plus non dicit Ritus, ſed conſuetudo & ſtilus mag. Curię interpretatus fuit, quòd, ſicut iſte terminus prīcipalis duplicari quaſi vī: quia in allodialibus eſt dierū duodecim, & ex cauſa poteſt eſſe dierum viginti, adeo quòd vī ad duplū plus eſſe terminus in feudis menſis vnius. Introduxit ut oēs alij termini dētur in numero dierum duplicato, & ſic terminus ad reprobādum, qui in allodialibus eſt dierum quatuor, in feudalibus erit dierum octo. Terminus ex cauſa primæ, qui in allodialibus eſt dierum ſex, in feudalibus eſt dierū duodecim, ita & terminus ex cauſa ſecundæ & cæteri alij termini. Pet. Greg. in tract. de iudi. cau. feud. quæſt. 16.

Et ſi aliter quàm ordinariè in cauſa feudali procedatur, cū procedit poſſit ex abrupto & viſione ſcripturarum parte non diſſentiēte. Pet. Greg. in d. tract. q. 21. Vel per modum poſtæ parte diſſentiente, vel per viam cædulæ condēnatoriæ, & ſic per viā inſtantiæ, vel virtute pacti de retrouendendo poſito in contractu poſt decenniū, vel virtute ſētentię poſt annū. Pet. Greg. in d. tract. quæſt. 20. vel ſummariè, vt in iudicio poſſeſſorio, pręſertim recuperandæ, vbi via ſpolij de recenti agitur ſecūdum Ritum, vel ordinariè, vt ſupra. Petr. Greg. in d. tract. de iud. cau. feud. quæſt. 5. & 16. eſt vſu & conſuetudine receptum, vt duplicentur termini, vt ſi per viam effectus ex abrupto proceditur, ſi in allodialibus infra dies octo debent deſignari ſcripturæ per pragmaticā, in feudalibus deſignabuntur infra dies ſexdecim, & ſi agi-

per modum postę secundum naturam causæ vel summariæ vel ordinariæ, duplicabuntur termini, vt modo inferius subdemus, & si agetur per viam cædulæ condẽnatoriæ, si in allodialibus est dierum 15. in feudalibus erit mensis vnius: & si proceditur summariè in allodialibus, est primus terminus arbitrarius, qui cõmuniter ex vsu & stilo est dierum octo, in feudalibus erit dierum sexdecim. Et ita terminus ad defendendum & reprobandum, qui est dierum duodecim in allodialibus, erit in feudalibus dierũ 24. & sic deinceps de alijs terminis, vt diximus nuper in ordinarijs. Pet. Greg. de iud. cau. feud. q. 16.

Terminus mensis vnius datur post conclusum in causa aduocatis ad disputandum in causa feudali, quod non est in causa allodiali. Pet. Greg. in d. tract. q. 15. & 43. in fine.

Sed instãtia in allodialibus est de iure cõi triennij, per pragmaticam verò Regni duorum annorum, tam ciuilis, quàm criminalis & omnis alia, vnde in feudalibus debet esse quatuor annorum, vt sentire videtur idem Petr. Greg. in d. q. 43. in fine. qui dicit quòd qñ termini prorogantur, prorogatur instantia, vt eadem res eodem iure cẽseatur, l. eum qui ędes, ff. de usucapio. & contrariorum eadem est disciplina, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbo. obligat.

Sed postquàm est cõclusa in magna Curia siue feudalis, siue allodialis fuerit, nunquã transit in hermodicią, sed semper durat, vt per cap. Ritus . . . Et Petr. in d. q. 43. sed cogita, quia in feudalibus non datur instantia, vt pragmatica, quæ loquitur de instãtijs, vt in omnibus causis sit biẽnij, exceptuat instantias feudales, licèt nõ determinet quãta sit instantia: sed in magna Curia à practicis audiui non dari instantiam.

Tertiò ab allodialiũ causis feudalis causa differt, quia feudalis causa post quã est conclusa desputata & votata per mag. reg. Cur. transmittitur ad sacrũ regium cõsilium Regis nostri vnà cum votis & iustificationibus iudicum, causa recognoscendi vassallum, qui erit, & causa recognoscendi vota an iusta vel iniqua fuerint: quod sacrum Regium Consilium poterit cõfirmare, vel corrigere ad sui libitum, & deinde ita ad mag. reg. Curiã iterum remittit: quæ mag. reg. Cur. secundum quod statuit d. sacrum cõsilium, sententiam proferre debet, siue contra propria vota fuerit decisum in sacro consilio, siue contra vota sedis præteritæ, & semper dicatur sententia mag. Reg. Cur. adeo quòd ab ea poterit appellari, vt cõcludit Petr. Greg. in tract. de iud. cau. feud. quæst. 40. & seq. qui dicit ita seruari, & ita fuisse decisum, licèt demũ cogitandũ relinquat post multas rationes pro, & contra adductas. Et hoc contingere pòt, si venerint literæ Regis, vel motu proprio, vel ad petitionem partis emanatæ dicẽtis, & transmittatur causa feudalis via recognoscendi, quod causa, vt supra, transmitti dẽt, & expectari debet responsio Regis per quatuor mẽses, si ipse Rex fuerit in Regno Neapolis, & per sex mẽses si fuerit in alijs regnis distãtioribus, qui terminus currit à die, quo uota traduntur Viceregi, & intimarur partibus quòd transmittantur d. uota, quãdo petitur motu proprio Regis transmissio p̃dictã: sed si petitur ad petitionem partis, currit à die, quo ipsa vota clausa & sigillata ipsi parti fuerunt tradita, vt habetur in c. Regni Regis Alfonsi, 540. fol. 156. alias si non venerint p̃dictæ Regiæ literæ auocationis d. causæ feudalis, decidit per mag. reg. Curiam absq; eo q via recognoscendi mittat ad Regiam Maiestatem, quoniam causæ a Regno non extrahuntur. Petr. Greg. q. 39.

Item ẽt in iudicio appellationis causę feudalis uia recognoscẽdi vota põt à Regia Maiestate auocari: sed si non iterũ sunt auocata stantibus primis tantũ literis, ẽt dẽt trãsmitti via recognoscendi, qñ vota essent 9ria votis primi iudicij, licet secus, si essent conformia, & uia recognoscendi vassallus peteret: quia fuit semel recognita, & fm Petr. Greg. in d. tract. de iud. cau. feud. q. 42. qui dicit ita fuisse seruatũ in causa Baronię Gibilling, vbi ex quo semel recognita fuit in primo iudicio, amplius nõ fuit recognita in secũdo iudicio, tñ sup hoc melius cogitandũ relinqt.

In iudicio appellationis, & ẽt in iudicio sacræ Regię conscientię circa fatalia 10. dierum, infra quod debet appellari, & quinquaginta dierum, infra quos dẽt copiari & introduci pcessus, & circa instantiã non dat̃ differentia de iure Ritus: nam infra 10. dies in vtraq; causa debet appellari, infra 50. dies dẽt introduci pcessus & præsentari, & intro ducto & præsentato pcessu in M. R. C. & fortius in consistorio sacræ regiæ conscientiæ, nunq̃ perit instantia: & tales causæ, siue allo-

allodiales,siue feudales, nunquam trãseunt in hermodicium. Petrus Greg. de iud. cau. feud. q. 47. Sed quò ad causas allodiales, puto hodie hoc esse correctũ per pragmaticã, quæ vult quòd instantia oĩum causarum ciuiliũ in qualibet Curia & magistratu Regni uia nullitatis, appellationis, reuisionis, & cuiusuis alterius remedij deuolutarum duret per bienniũ tantum & non vltra: Et si est cũ oppositoria, durat per sex mẽses, prætercausas feudales, quæ non intelliguntur per d. pragmaticam breuiatę, vt expressim per eam habetur.

Forma literarum Regiarum, quòd causa via recognoscendi transmittatur ad Curiam Regis.

PHILIPPVS, &c.

DIVINA fauente clemẽtia Rex castellæ, Aragonum, utriusque Siciliæ, &c. Illust. spect. magnificis, D. Fctis cõsiliarijs, & fidelibus nostris, Proregi & Capitaneo generali nostro in prædicto vlterioris Siciliæ Regno, seu præsidenti Magistro Iustitiario eiusque in offitio locũ tenenti, iudicibus mag. reg. Curiæ præsentibus, & futuris, necnõ alijs iudicibus in causa infrascripta delegatis seu delegandis, etiam loco sacræ conscientiæ, & tam in secundo, quàm in tertio iudicio, ad quẽ, seu quos spectat, præsentesque peruenerint, seu fuerint quomodolibet præsẽtatæ, salutẽ & dilectionem. Feudalis, est uti percipimus, lis quæ in ipsa mag. reg. Curia uertitur inter t. & t. super reuocatione & rescissione contractuum, donationum, Baroniarum de terra taglata, possessarum per d. t. conuentum causis & rationibus in supplicationibus, siue libellis ipsius causæ latius deductis & allegatis, deducendis & allegandis: ideo d. t. conuento nobis humiliter supposito, tenore præsentium de certa sciẽtia Regiaque authoritate nostra deliberatè & consilio uobis & vnicuique vestrum dicimus & expresse mandamus ad incursũ nostræ indignationis, & iræ, pœneque unciarum mille nostris in ferendarũ ærarijs, si d. causa feudalis est ut prædicitur, cũ processu ipsius causæ fuerit in puncto, termino, siue calculo ferendæ sententię, antequam ad illarum pro lationem procedatis, processũ, seu processus ipsos integros, & cõplectos seu eorundem copiam fidem ferentem clausos, & sigillatos seu clausus & sigillatas vna cum uotis, iuris motiuis, iustificationibus, literisque vestris certificatorijs ad nostrũ sacrum regium supremum consilium Hyspaniæ residens, uidendi & cognoscendi causa, transmittatis, ut eis uisis & in d. sacro supremo consilio recognitis, quod iustum fuerit deliberare, uobisque inde rescribere ualeamus. Interim uerò supersedebitis in d. causa per tẽpus in capitulis istius Regni dispositum & ordinatum cautissecus agere, & ratione aliqua, siue causa si prætermittere, & indignationis nostræ incursum, & pœnam præpositã cupitis euitare: auferimus namque uobis ad uberiorem cautelam omnimodam contrarium agendi cum nullitatis decreto potestate: in cuius rei testimonio præsentes fieri iussimus nostro communi negociorum ulterioris Siciliæ Regni sigillo à tergo munitę, in oppido nostro Bruxelis, die, &c.

Yo el Rey.

Quæ literæ apportantur cuidam secretario, qui illas refert suæ excellentiæ, & facit præsentatam hoc modo.

Præsentatæ excellentiæ Illustrissimi Dominis Proregis Catinæ, die, &c. prouidet & mandat excellentia sua, quòd spect. Regius consiliarius Regij patrimonij conseruator recognoscat & referat.

T. Secretarius, & Referendarius.

DE CAVSIS CRIMINALIBVS: ET DE MODO PROCEDENDI ex abrupto. Contra præsentes.

TRIBVS modis in criminalibus causis proceditur in Regno: Ex Abrupto, summariè, & ordinariè. De modo procedendi ex abrupto in criminalibus ita est dicẽdum: nam perpetrato delicto, siue ad partis petitionem, vt quia præposita fuerit accusatio: siue ad fisci petitionẽ, capitur accusatus, & carceratur, nisi sit fœmina, quæ sub fideiussione ligatur: & si grauissimum sit crimen, carceratur intus monasterium, vt in Auth. vt nul. Iud. §. necessariũ. ver. si verò. ad effectũ vt interrogetur, & intentio

tertio fisci, siue accusatoris ex ea subitione fundari possit: & si capitur in subitione, non excarcerabitur, sed in vinculis causam dicet & defendet, quando locus erit defensioni, vt infra dicemus.

Si verò nõ capitur, vel capitur, nõ refert, capiuntur informationes, & producũtur testes, qui post, & ante interrogationem capi possunt, & etiam interrogatur reus, vt possit de mendacio conuinci sine formidi ne tormentorum: & vidi practicari esse in potestate accusatoris vel fisci, etiam quòd sit accusator, vt subiret carceratus, & sit ei iniũctio, vt infra terminum dierum octo præsentetur carceratus ad effectũ subeundi, & si non præsẽtatur exigitur fideiussio, si erat sub fideiussione ligatus. Blas. Lanz. de subit. fisci. Si ergo per informationem, vel interrogationem constat semiplenè, in tantum quòd procedi possit ad torturam nullis auditis defensionibus facti ipsius rei: sed tantummodò iuris, quas allegat Aduocatus absq; eo quòd habeat copiam productorum, ad torturã ponitur: & si fatetur reus delictum, cũ iuramẽto, deinde in Cur. ratificare debet sine formidine tormentorum. Posteà datur terminus innocentiæ ad probandum suam innocentiã, & faciendum sua incumbẽtia iuxta formam pragmaticæ, quòd infra d. terminum facit suas exceptiones & defẽsiones, & petit quòd remittatur in iustitia, & fiat processus iuris & Ritus ordine seruato. Et receptis testibus, & factis suis defensionibus infra d. terminũ, iudex eum in iustitia remittit, vel ad mortẽ cõdemnat, & tunc sit executio absq; aliqua appellatione, & suspenditur. Sed si plenè cõstabit in mag. Cur. solet dari terminus extraordinarius, & hoc est conforme iuri communi. Sed in alijs Curijs inferioribus hoc nõ fit, quia non audẽt hoc facere, & fiet cõtra ius commune: imò de iure communi iudex dicitur iniquus, si ponit ad torturã in casu, quo plenè constiterit de delicto. Quandoq; etiam si non venit imponenda pœna mortis post receptas informationes & habitas subitiones, datur terminus extraordinarius ad faciendum sua incumbentia, vel dierum 20. vel 15. & deinde ex abrupto fit cõdemnatio in causis fiscalibus: quandoque absque eo q detur terminus aliquis ad defendendum in audientia publica, fit ex abrupto cõdẽnatio post receptas informationes, vel habitas subitiones, vt fit hic Catinæ. Quod cogita, an sit benefactum, quoniam defensio est de iure naturali, & nõ potest tolli, neque sine defensione fieri potest condemnatio, saltẽ pro forma dari debet terminus, ut Messanæ dari vidi quibusdã Messanensibus de mandato Viceregis, quorum vni fuit caput amputatum, cæteri fuerunt suspensi, qui omnes numero octo fuerunt, qui prosecuti erant ob seditionẽ, & publicum tumultũ, & rumorem, quẽ habuerunt cum soldatis Hispanis, qui antequam morti traditi fuissent, terminum habuerunt ad faciendum eorum incumbentia, & defensiones quatuor horarum, & posteà mortis executio facta fuit in hora duodecima tertia diei. & potest procedi ex abrupto ẽt post decẽ annos, quia antequàm remittatur in iustitia, & fit lis contestata, non datur instantia, ita quòd non potest dici peremptã esse instantiam.

Nec dici potest per interrogationem, siue subitionem factã super interrogatorio fuisse litẽ contestatam in criminalibus: quia lis cõtestatur per responsionem ad petitionem, & non ad positionem. c. 1. de litis conte. & in interrogatorio non datur, nec fit petitio, sed simplex capitulũ, quod minus est positione.

Summariæ, & ordinariæ causæ crimin. differentia.

Facta remissione in iustitia, ita quòd contra reum fieri debet processus, vel non facta remissione vbi nõ est necessaria remissio, puta in syndicatu, vbi iuris & Ritus ordine seruato proceditur, & non ex abrupto, tunc si delictum est recens. i. infra duos menses numerandos à tempore scientiæ delicti, & delinquentis, proceditur summariè, vt in c. Ritus, 141. Si verò nõ est recens, sed antiquũ. i. post duos mẽses, tunc proceditur ordinariè, vt in c. Ritus, 142. Et difformitates habent inter se. Primò, quia præposita accusatione, differentia est inter summariam & ordinariã causam criminalem circa carcerationem seu fideiussionem. Primò .n. loco carceratus vel præstat accusatus, vel reaccusatus, nisi in crimine hæresis, vel læsæ maiestatis, vbi semper carceratur, quãdo summariè proceditur statim proposita actione, siue accusatione, vt in c. Ritus, 141. in prin. & in c. 150. Item cum fiunt reaccusationes: sed quando ordinariè

pro-

proceditur, vt quia delictum est antiquum, pposita accusatione accusatus nõ carcerat; sed prestat fideiussionem, fm formam constitu. humanitatem, vbi Affl. col. 4. examinat, & si nõ fuerit accusatio, sed reaccusatio, & iudici videtur animo calumniandi, reaccusatus non tenebitur præstare, nisi cum cõstiterit de delicto, vt in d.c.150. Item cum fiunt, &c. & hoc si accusatus, vel reaccusatus præsens fuerit: si verò fuerit absẽs, & vti cõtumax in banno positus, & se præsentauerit infra duos mẽses, quo casu delictum dicitur recens, non carceratur, sed tenetur præstare de se presentando quousque constiterit contra eũ. Sed si se presentauerit post duos menses, quo casu delictum dicitur antiquum, & ordinariè proceditur, carceratur, & in carceribus se defendit, vt in c. Ritus, 159. Itẽ si aliquis fuerit accusatus: sed si sponte nõ se præsentauerit, sed captus fuerit quandocunque siue infra, siue post duos menses, semper carcerabitur, & in carceribus se defendet, vt in d.c. insuper citato.

Secunda est differentia circa dationẽ primi termini, & capitulorum presentationem: nam cũ summariè proceditur, currit terminus dierum octo à die præstitæ fideiussionis regulariter, infra quem terminum nõ solum accusator habet facultatem probandi intentionem suam, sed ẽt accusatus potest simul & semel se defendere, & sic iste terminus dierum octo est cõmunis vtriq; parti, qui currit ipso iure à die præstitæ fideiussionis, vt in c. Ritus, 141. in causis verò criminalibus. Sed cum proceditur ordinariè, datur terminus vtriq; parti, qui ẽt cõmunis est dierum duodecim, vt in c. seq. 142. in causis criminalibus nõ recentibus. Et sic per Ritum non videtur esse differentia, nisi quia in summarijs causis criminalibus non datur terminus ab homine, sed à lege, quia currit à die præstitæ fideiussionis: in ordinarijs datur ab homine. Item in summarijs est dierum octo, in ordinarijs est terminus dierum duodecim. Hæc videtur esse differentia in præsentatione capitulorũ, sicut est in ciuilibus: vt in summarijs presententur prius capitula, & posteà detur terminus. Et in ordinarijs detur prius terminus, & posteà præsentantur capitula, vt voluit Iorland. in tract. sind. c. .... Sed in vtroq; casu in criminalibus presentantur capitula post terminum datum in summarijs à lege, & in ordinarijs ab homine: secus est in ciuilibus, vbi clarè loquitur Ritus, vt in summarijs prius presententur capitula, & posteà detur terminus, vt in c. Ritus, 134. In sũmarijs, &c. Et ordinarijs datur prius terminus vt in c. Ritus, 171. in causis ordinarijs, vt supra diximus. Sed hoc, quod dixi, cum summariè proceditur in criminalibus, vt currat terminus dierum octo à die præstitæ fideiussionis, non puto procedere in casu, quo stetisset per iudicẽ, quo minus lis prosequi posset, vt in sindicatu, vbi si plures sunt accusationes, & omnibus attendere non posset iudex, tunc vnus post aliũ processum fieri posset, & terminus non curreret accusanti, quoniam non valenti agere, non currit præscriptio. l. 1. §. fi. C. de anna. exceptio. cum simil. sed tunc dabitur terminus dierũ octo, & potterunt presentari capitula sicut nõ in ordinarijs, reprobata illa differentia præsentationis capitulorum ante in summarijs, vt supra dictũ est, quia procedit tantum in ciuilibus, & non in criminalibus.

Tertia est differentia circa carcerationem post dationem primi termini principalis: nã cum summariè proceditur in criminalibus ante aperturam, & sic publicationem, elapso vel non elapso d. termino principali dierum octo, & si testes sũt missi iudici ad effectum, vt accusatus carceretur, tunc fiet locus torturę, vt quia saltem semiplenè constiterit iudici, & multo magis si plenè cõstiterit de delicto, tũc fit publicatio, siue apertura, & carceratur reus, & se defendet in carceribus, dato sibi termino existenti carcerato ad defendendum, & reprobandum: si verò nec plenè, nec semiplenè constiterit de delicto, fit apertura, & accusatus nõ se defendit, carceratus data copia sibi productorũ, & dato sibi termino ad probandum suas exceptiones, qui est terminus ad defendendum tantum dierum octo: sed si reus ipse voluerit etiam sibi capere terminum ad reprobandum, & non fuerit expressim interlocutum p iudicẽ, non esse locum carcerationis, tunc carcerabitur quia est signum & iudicium quòd testes in aliquo morderent, & dabit terminus ad defendendũ reprobandum dierum duodecim. Cum autem ordinariè pceditur, in nullo ex prædictis casibus carcerabit, siue constiterit iudici in tantum quòd sit locus torturæ, siue reus cœperit sibi terminum ad reprobandũ, nisi

nisi fuerit cõclusus processus, & sic ĩ summarijs ante dationem termini ad defendẽdum & reprobandum, reus carcerari potest: sed in ordinarijs non potest carcerari, nisi conclufo processu.

Circa litis contestationẽ & reliqua, nõ datur differentia: nam in criminalibus nõ fit litis contestatio: sed litis cõtestatio inducitur ꝑ subitionem: nã presentato memoriali, statim interrogatur reus super libello, & ex tũc currit instãtia. Bal. in auth. clerici, C. de epis. & cler. Paul. & Ias. in l. properãdum, in prin. C. de iud. Afflict. in const. sæpe contingit, n. 4. Iorlan. de synd. c. 7. & cum per talem subitionem inducatur litis cõtestatio, dẽt talis subitio fieri ritè & rectè, aliàs ꝓcessus erit nullus, & oẽs aduertunt ut fiat talis subitio eodẽ die, quo præsentatur libellus, aliàs esset nulla litis contestatio. Sed nescio, quo iure moueãtur, nisi forsam dicatur quòd esset circũducta citatio, seu p̄sentatio libelli, cogita. Itẽ litis contestatio non dẽt fieri metu, quia esset nulla: ideo cautelas, quas ponũt rei, ꝙ coactè subeunt, non facias opponere in subitione: sed ꝑ supplicationẽ extra, Iorlan. c. 8. & dixi in pract. find. Item, ut non fiat die feriato, quia litis contestatio die feriato esset nulla, gl. & Doct. in l. si pater, C. ne de statu defunct. cum alijs per Marsi. cons. 82. col. 8. vol. 2. est constitutio, lite legitimè contestata, vbi Andr. & cæteri.

Restitutiones tã ad offendendum, quã ad defendẽdum ex clausula generali ẽt conclufo processu, concedi solent in vtroque casu: sed non dantur restitutiones ordinariæ ex cã primæ & ex cã secundæ, ẽt partibus restituibilibus, q̃n mulier vel similes personæ accusassent, vt in c. Ritus 144. sed partibus petentibus solent cõcedi binæ restitutiones extraordinariæ, & cuilibet parti, licet Ritus non aperiat. Tertia verò restitutio rarò concedĩ cũ matura & maxima causæ cognitione, q̃n esset aliquod instrumentũ de nouo repertũ: vnde inoleuit practica ꝙ si pars habuit binas restitutiones, solet ꝑ iudicẽ in sede mãdari, ꝙ si pars habuit binas restitutiones, deleaẽ tertia, vt testatur ẽt Iorlã. in pract. find. c. 14. Et terminus restitutionis ita demũ est cõis, si eo fuerit vsus, q cępit sibi terminum, vt in c. Ritus, 144. Itẽ in causis criminalibus in mag. Cur. & etiam oẽs alij termini ita demũ sunt cões, si eo vtitur ille, qui cępit sibi terminum. Redeundo igitur ad principium, vt ostendamus formas practicæ, quæ ingrediuntur in causis criminalibus, primò solet ꝑponi accusatio huius formæ: quæ nomen iudicis, accusatoris, & accusati, locum, tempus, & qualitatem delicti cõtinere debet, Specul. in tit. de accusat. §. primo.

DE MODO PROCEDENDI ex abrupto.

Forma accusationis.

TALIS comparuit in Curia spectabilis Dñi Capitanei Cur. Ciuit. Catan. & criminaliter, salua ciuili petitione, accusauit, & accusat, ac reum fecit & facit t. de furto magno: videlicet, *Come su questi giorni passati, nel mese di Nouembre di questo anno presente, il detto tale non temendo IDDIO, & la Iustitia, cõ animo di lucrare, & guadagnare li robbò vn Cauallo che passaua il prezzo di onze cinque, qual era in la massaria del detto accusatore esistente nel territorio di questa Città, nella contrata del Piraino*, & de alijs criminibus, & delictis, prout melius per informationem, secundum quas p̄sens accusatio reguletur.

Vidit Cumia Aduocatus.

Proposita dicta accusatione (vt est dictũ) reus & accusatus capitur, carceratur, siue de furto magno, siue de homicidio, siue de alio simili fuerit accusatus, & fit interrogatoriũ, vt haberi possit eius subitio cuius forma talis est.

Interrogatoriũ t. accusati de homicidio per t. per d. Cur. capitanialẽ Cur. Ciui. Cata. supra infrascriptis capitulis, & vnoquoq; ipsorũ.

Et primò si cognoscit t. & in quo loco, & in quo tẽpore: Itẽ si inter eos his diebus preteritis fuerunt verba iniuriosa & contumeliosa, & dicat quæ verba.

Item, si eum minatus fuit dicendo, *Io ti farò così, & così.*

Itẽ, si erat solus, vel associatus, & cũ q bus.

Itẽ, si erat inimicus capitalis dicti occisi.

Item, si fuit ipse visus in loco delicti.

Item, si dictus t. fuit occisus, & per quem.

Item, si talis fugiendo cum gladio euaginato, & sanguinolento, transiuit per locũ t.

Itẽ, si associatus per talẽ, auxilium habuerunt, & pecunias, & à quo fuerunt mandati.

Item, si in tali die fuerit uisus in t. loco solus, vel associatus.

Forma responsionis accusati.

DIE, &c. prefatus t. accusatus de morte, & nece quodã miserãdi talis, interrogatus cũ iuro super non tangentibus, & siue super tangentibus, & primò super primo capitulo dixit, &c.

Forma Rubri interrogatorij facti per iudicem ex officio pro veritatis indagine, quando vult forsan reum interrogare.

INterrogatorium, quod dat, offert, & p̃sentat t. p̃t. in Cur. t. seu in officio t. delegati, &c. super quo diligenter examinetur d. talis accusatus de homicidio per d. t. & formiter respondeat super infra scriptis, & vnoquoque ipsorum.

In primis, etc.

Et Iudex ponit manũ, p̃sentetur, et subeat, & vide de hoc in mea pract. find.

Confessio t. accusati per t. de tali crimine interrogati summariè, et de plano absq; metu, et formidine tormentorũ de mãdato Magnifici, & Excellentis. t. iudicis Cur. capitanialis Cur. Ciu. Cat. super toto facto, vel super infrascriptis cum iuramento, & sine super tangentibus. Vel sic:

Talis carceratus in carceribus publicis Cur. Ciuit. Cata. ob accusationẽ de homicidio cõtra eũ propositã per talẽ, interrogatus cũ iuramento summariè, et de plano super infrascriptis, uel super toto facto cũ iuramẽto super non tangentibus, et siue super tangentibus, quòd factũ ita processit, et abstrahas ab ipso accusato quãtum potes de facto et delicto, et postea ex officio interrogetur sigillatim et particulariter.

Forma interrogatorij contra furem.

Interrogetur per Cur. capitanialem Cur. Ciuit. Catan. t. accusatus de furto magno, et alijs per talem.

ET primò, si in tali tempore fuit in tali loco solus, vel associatus?

Itẽ si fuit, vel est diues, vel pauper? Itẽ si habet artẽ, et si habet apothecã, et domũ, et in quo loco, et si in ea habitat, et si solus uel associatus, et si p̃dicta domus ipsius accusati est vicina domus ipsius accusatoris, et si in d. domo solet detinere schalã, et qñ, & quid ex ea voluerit facere, & oĩa distinctè dicat & narret, & Iudex ex officio poterit supplere. Itẽ, si in tali die fuerit in tali loco, de nocte, & in qua hora. Itẽ, si d. schalã posuit iuxta talem murum p̃d ctæ domus, seu magazeni. Item, si aperuit & fregit caxas. Item, si furto subtraxit tot & tanta bona, & pecunias, & quid fecit de dictis pecunijs.

Post dictas confessiones extortas poterunt capi informationes, vel melius ante capiantur informationes, & posteà interrogetur, vel interrogetur ante & post, & sic bis interrogetur, vt melius capi possit.

Rubrica informationum.

Informationes receptæ, & examinatæ per Cur. t. ad petitionẽ, & instãtiam t. accusatoris, vel nob. procuratoris Regij fisci contra t. accusatum, siue prosecutum de morte, & nece quondam miserandi t.

Quibus informationibus receptis vnà insimul cũ subitionibus mittũtur iudici ad effectũ, vt videat an sit locus torturæ, & copia ipsorum denegatur reo, adeò q̃ eius aduocatus, si voluerit allegare iudici & dicere q̃ nõ est locus torturæ, & q̃ debeat remitti in iustitia, est de necessitate vt diuinando factũ, præsupponendo & se imaginando illud, qđ potuit forsan probari, poterit in iure allegare: sed cauto modo sẽpe à Magistris Notarijs, dãdo eis aliquid, vt plurimum sciunt, qđ est probatũ: & sic in iure allegãt. Sed aduocatus accusatoris habet copiã productorũ & subitionũ, & poterit melius allegare, cõcludẽdo esse locũ torturæ. Et hoc est ratione, q̃a procedit ex abrupto in regno, quod fortè nõ est alibi: si quidẽ de iure, si inquisitus, vel accusatus petierit copiã indiciorum, illis oĩno est dãda, & audiẽdi sunt, antequàm ad torturã ponanł. Cepol. in consi. *69.* p̃ totũ. Marsi. in l. 1. n. 4. & in l. fi. n. 7. ff. de quæst. Grãma. voto 3. nu. 23. Iacob. Nouel. in sua pract. crim. in tit. de form. cõst. reũ ad tortu. n. 1. fo. 74. Qui iudex auditis illis vtriusq; partis aduocatis, vel non auditis, ex officio poterit deliberare, an sit locus torturæ: & si locus erit torturæ, apportabit reũ ad locum torturæ, & commissarius ita incipiet scribere.

Est tñ p̃sciendũ, q̃ iudex ad q̃stionẽ, & torturã cũ moderamine procedere dẽt. Paris de Put. i verbo, an sicł dicto torti, n. 10. Qđ fieti

ri dēt ad altius per tres vices, & non vltra. Et licet alibi ex consuetudine seruet, 9 in quolibet vice reus debeat habere tres saccatas, videlicet unā cabeletā, & duos squassus. Marſ. in l. repeti, ff. de quæst. Bar. in l. vnius, §. reus nu. 2. ff. de q. Sal. in l. fi. C. eod. tit. Gram. cōsil. 21. nu. 17. Paul. Cast. cons. 197. secundū Iac. Nouel. in pract. crim. in tit. de form. con stit. reos ad tort. num. 2. qui dicit 9 ita quotidie practicat, Foller. num. 71. in ver. & si confitebit. tamen in Regno non practicat, vt in qualibet vice debeat habere tres saccatas: nam si sunt inferendi septem tractus, in prima vice dabunt quatuor, in secunda duo, & in tertia vnus tractus cordæ: si sunt dandi nouem, in prima via dabunt quatuor, in secunda tres, in tertia duo. Quandoq; debent dari quinque, & tunc duabus vicibus ponet ad torturam, & in prima tres in secūda duos tractus cordę dari consueuit: & sic deinceps, si minus, uel plus torqueri mereatur. Item tortura de iure repeti non pōt, nisi legitimis indicijs, & nouis superuenientibus, & primis vrgentioribus, & quæ à primis indicijs omnino sint diuersa. Marſ. in pract. crim. §. quoniam, nu. 9. & in d. l. repeti, ff. de quæst. Carret. in sua pract. ver. ex contrariorum oīum, nu. n. 189. f. 50. secundum Iacob. Nouellū in sua pract. crim. in d. tit. de for. const. reos ad tor. nu. 7. f. 75. vide Foller. nu. 78. p. 3. 3. par. Et Regula determinata dari non potest in moderamine seruando p. iudicem in tortura: sed totum dependet ex grauitate vel leuitate delicti, ex qualitate indiciorū, nunqd leuia, an vrgentia sint, & an plura, an vnū, & ex qualitate torquendi, nunquid robustus & fortis, an debilis, & delicatus fuerit, an infirmus, an sanus, an maior, an minor, an senex, an iuuenis, quæ oīa bonus iudex cōsiderabit in torquendo, ut innocētiæ, vel supplicio teū cōseruet indēnē, l. qōnis modus, ff. de quæst. & ne damnet animam & corpus suum. Ang. l. b. malef. in ver. fama publica. Folle. in sua pract. crim. in ver. rei indurati. n. 16. qui multa citat, & subdit cōsulendo, quòd in tortura adhibeatur ampolletta, vt sciatur quanto spatio quis pependerit in tortura, & redigat inter acta, quando exigitur ampolletta ipsa, & qn̄ finem facit, quia tortura non dēt inferri p tres, vel quatuor horas, imò tardò vltra horā, nisi ī enormissimis. Alioquin, si excederet modū, iudex teneret, Cy. in l. 3. C. de adulter. Ang. in lib. malef. in uer. fama publica. Et si tortus fortè moreret, iudex decapitari deberet. Quod limitat, vt p Fel. in c. cū nō ab homine, ī fine, de iud. & qđ ponēs aliquē indebitè ad torturā, pęna capitis puniat, tenet Marſ. in l. 1. §. pręterea, col. 2. de sicar.

Forma actus, quando quis ponitur ad torturam.

DIE, &c. t. præsens accusatus p t. siue prosecutus per nos procuratorem Regij fisci de morte, & nece quondā miserādi talis: de mādato Spect. Domini Capitanei Cur. Ciuit. Cata. cū voto & cōsilio excellentis Dñi eius Iudicis pſentiū, &c. ductus sub turrim Castri Vrsini, in locū torturæ, ubi torqueri solet, uirtute lsarum dispensatiuarū d. Spect. Dño Capitaneo directarū datarū Panormi die, &c. cū interuētu Magnifici Dñi talis ai. & med. Doctoris, facto pri⁹ assagio cū fune magno more solito.

Fuit de mādato, quo supra, & cū voto p̄dicto spoliatus & ligatus cum funicula manibus retro: & dū ligabatur monitus per d. Dominum Iudicē, vt diceret veritatem de morte quondam talis respondit,

Non sò niente.

Et sic ligatus fuit ad funē magnū, & tabula pedibus appottata, & fuit paruper suspensus *al socca, & non socca*, & monitus p d. Dominū Iudicē, vt diceret veritatē, q respōdit,

Non sò niente.

Et cū aliquātulū cōmoraſſet, fuit altius suspēsus, & positus al soccaro, & monitus p d. Dñum Iudicē vt diceret veritatē, q respōdit,

Non sò niente.

Et cū per mediā horā cōmoraſſet in soccaro, fuit altius suspensus, & sursum ductus vsq; ad currulā, & ibi iterum monitus ut diceret veritatem respondit.

Non sò niente.

Et sic iudex mādauit, vt relinqueret, & fuit sibi datus vnus tractus cordę, & monit⁹ iterū p d. Dñum iudicē vt diceret veritatē, rñdit,

Non sò niente.

Et sic iterū fuit tractus, & ductus sursū ad currulā, ubi iterū monitus fuit ut diceret veritatem, & respondit,

Non sò niente Santa Catherina.

Et sic fuit mandatū, ut iterū relinqueret, & habuit duos tractus cordæ, qui monitus vt diceret veritatem, & respondit,

E ditta Santa Agata Santa Catherina à torto son tormentato.

Et iterum fuit ductus ad currulã sursum; & monitus ut diceret veritatem, qui dixit.

E ditta non sò niente, Iesus.

Et sic fuit relictus de mãdato pdicto, & habuit tres tractus cordę: & cũ monitus iterum esset, vt veritatem diceret, respondit,

Non sò niente.

Et d. spect. Dominus Capitaneus cũ voto & consilio pędicto mandauit, ut descenderet & soluerets, & ducerets iterum ad carcerem intus damnusium animo illum repetendi, qui fuit solutus, & ad carcerem missus intus dictum damnusium.

In crastino die iterum ducit ad d. locum torturæ, & ibi prædicto modo repetit, & dãtur ei duo tractus cordæ, & si est negatiuus mittit ad carcerem: et quia indicia sunt purgata per d. torturam, excarceratur cum fideiussione, & mittitur in iustitia, & fit processus, ut infra dicemus. Si verò non fuerit negatiuus, sed confitebitur, et dum erit monitus per iudicem dicet,

Calatemi che io l'ammazzai.

Et sic cum fuerit descensus, et appropinquatus ad tabulam d. spect. Domini Capitanei, et fuerit monitus per dictum iudicẽ ut diceret veritatem de dicta morte, dixit.

La verità è, che questa Domenica prossima passata, che foro le cinque dì del mese di Maggio, essendo in tal loco, hauendo certi palori sopra lo gioco, mi diede vna imboffa, & io affrõtato di questo sopra li tre giorni apostatamente, con proposito di ammazzarlo vedendolo in tal loco, mi accostai con esso, & li detti vna dagata nel fianco, & lo ferì, & l'uscì molta quãtità di sangue, & lo ammazzai, & me ne fugì via.

Et domandato, quo supra iterũ d. talis fuit positus ad *tocca, & non tocca*, et monitus an illud qđ dixisset esset veritas? qui respõdit,

Calatemi che quello che ho detto, è la uerità, et sic fuit dissolutus et missus ad carcerem stante dicta eius confessione.

In crastino die posteà ducitur ad Curiã vt ratificet suam confessionem sine formidine tormentorum, et Magister Notarius, siue Commissarius pro eo scribit hoc modo: Nã confessio debet ratificari. Follet. nu. 81. p. 3. p. 3. et an requirat ratificatio, ubi plenè constat de delicto, vide Foller. ibidem, nu. 115.

Forma ratificationis.

SVPRADICTVS talis accusatus etc. præsens et existens intus locum Curiæ spect. Domini Capitanei Cut. Ciuit. Cata. coram eo, et excellente Domino iudice, et nobili ærario Curiæ, siue procuratore fisci, et infrascriptis testibus, videlicet *Io. Nicolao de Rigio, Francesco Marnolo, Francesco de Santo Nutio, Iacobo Muxamarra, & Mariano Minacio*; lectis suprascriptis confessionibus factis in tortura, et per eum bene intellectis de verbo ad uerbum de prima linea vsque ad ultimam per Magistrum Notarium talẽ, et interrogatus simpliciter et de plano absq; metu et formidine tormẽtorum, si confessiones eius p eum factæ continent veritatem illius, quod dixit? qui cum iuramento dixit, quòd continent veritatem de verbo ad verbum, de prima linea vsq; ad vltimam, illas acceptando, laudando, confirmando, et ratificando, prout iacent ad vnguem, iuxta eius seriem, continentiã, et tenorem, et sic fuit missus ad carcerem de mandato, quo supra. Et incontinenti datur terminus innocentiæ hoc modo. Adde quòd iste terminus datur per pragmaticam, et etiã de iure pro confesso datur dilatio ad se defendendum. Boss. in tit. de confess. nu. 5.

Forma termini innocentiæ.

FVIT datus terminus supradicto tali de mandato spect. domini Capitanei cum uoto et consilio excellentis Domini Iudicis, præsentatũ, etc. dierũ octo, ad faciendũ eius incũbentia, defensiones, et pbationes, ꝫ et aduersus supra dictas eius confessiones, testes, acta et ratificationes, et hoc virtute supradictaũ literarũ dispensatiuarũ directarũ d. spect. Domino Capitaneo, datarum Panormi die, etc. et hoc ad instantiã d. t. accusatoris uel dicti nob. ærarij Cur. et offertur d. tali copia elogij, et si est pauper, gratis et pro Deo, et etiam originale ad effectũ illud demonstrãdi aduocato. Vnde, etc.

Dato isto termino innocẽtię statim fiunt exceptiones per Aduocatum, qui uidet omnia producta et confessiones, et patet d. talẽ in iustitia remitti, quę sunt huius formæ.

Forma exceptionum, quibus petitur Confessum in iustitia remitti.

Exceptiones, defensiones, et iura, quas et quę dat, offert et pñtat talis,

et

& pro eo comparente t. eius fratre; & coniuncta persona in Cur. capitaniali Curiæ Ciuit. Cata. cōtra & aduersus t. accusatorem, seu cōtra erarium d. Cur. in accusatione seu in prosecutione inter eos vertente, in qua licet nulliter proceditur.

ITEM præsens causa fuit & est ex parte ipsis accusatoris t. seu fisci accusatum prædictum debere condēnari, mottiq; tradi, licet nulliter, &c. ob assertam & prætensam mortem, & necem quōdam talis, ꝑut per elogium, licet nulliter compilatum apparet: & ex parte ipsius talis accusati à dicta indebita & minus iusta prosecutione absolui & liberari debere, & in iustitia remitti iuribus, rationibus & causis inferius deducendis, & alijs sua die, &c.

Item d. elogium, informationes, subitiones, torturæ, confessiones, & ratificationes, & deniq; omnia & singula acta d. elogij fuerunt, & sunt nulla: quandoquidem nihil ꝫ d. prosecutum est probatum, & nullis ꝑcedentibus indicijs legitimis fuit deuentum ad torturam, adeo quòd tortura cum omnibus inde sequutis fuit, & est nulla, vt iuris est, & sua die, &c. uide pro hoc capitulo Bossium i tit. de confessis per torturam, nu. 6. fol. 115.

Item prædicta oīa acta sunt nulla & nullissima: quandoquidem sunt confecta contra minorem, non dato sibi curatore, nec seruatis solemnibus iuxta formam iuris, vt sua die, &c. pro hoc vide in meo cons.....

Item tortura data minori, vel alijs qui torqueri non possunt de iure, etiam seruatis seruandis, nihil valet, ut iuris est, & sua die, &c. Hippolitus in l. edictum Diui Marci, ad finē ff. de q. Boss. in tit. de indic. nu. 120. f. 104.

Item non obstant testes producti ꝫ d. t. ꝑsecutum, quoniam sunt varij, mendaces, singulares, verisimilia non deponentes, falsarij, inimici capitales d. prosecuti, infames, & tales quòd non solum non sunt omni exceptione maiores, ut requirit in criminalibus, sed tales quibus de iure nulla est adhibēda fides, vt ex infrascriptis & alijs sua die, &c.

Et ad prædicta probandum ponit, &c. nō se tamen, &c. qualiter talis fuit & est inimicus capitalis d. prosecuti, & non se salutant iam sunt plures anni, vel menses, respectu, quia fuit talis & talis differentia, & rixa inter eos, & d. t. assertus testis remansit malè tractatus, & iniuriatus taliter, quòd sem p odio habuit d. prosecutum, & est ueritas, & nihilominus dicant testes, &c.

Item nō obstat depositio talis testis, quoniam est solus, & singularis ī dicto suo, & nō habet contestes, & est ꝑsona vilis, solita ludere ludis prohibitis, bibere & comedere in tabernis, & blasfēmare Deum, Matrem, & Sanctos suos, & sic dici non potest, quòd sit testis omni exceptione maior, vt indicium aliquod ad torturam facere possit.

Et propterea ponit, &c. nō se tñ, &c. qualiter in tali die & ī tali loco talis blasfēmauit & fuit visus ludere ludis prohibitis, &c. & est veritas, dicant testes, etc.

Item non obstat depositio t. testis, dicentis quòd vidit d. talem prosecutum fugiētē, &c. quoniam iste testis est Hispanus, ut patet per eius depositionem, et non potuit cognoscere eum, nisi ex auditu, et consequenter verisimile non deponit, vt sua die, etc.

Item dato, et non concesso, quòd dicti testes fecissent indiciū ad torturā: tamen non poterat deueniri ad torturam, vt fuit deuentū, quoniā d. talis prosecutus fuit, et est minor decē et octo annis, adeo quòd non poterat, nec debebat torqueri: et quatenus fuit tortus, d. tortura fuit nullius momenti cum omnibus inde sequutis, ut sua die, etc. Boss. in tit. de indic. nu. 120. f. 104.

Et ideo ponit, etc. nō se tamē, etc. qualiter *il detto prosecuto fù, & è minore, & in minor et à constituto, che nō hà ancora compito de la sua età li anni 18. & per tale & in talè stato, & è visto, tenuto & reputato, da ognuno, che lo conosce dalla sua natiuità, & di quādo era nelle fascie, & dalla sua fanciullezza*, & est veritas, dicant testes, quicquid sciunt, etc.

Itē, dato et nō cōcesso, ꝙ nō fuisset minor, et ꝙ indicia ad torturā militassent, et cōsequēter seruatis seruādis fuisset positus ad torturā, et sequuta cōfessio cū ꝑseuerātia, attā d. ꝑsecutio nihil hēt obstare, quoniā constat de ꝓrio, ꝙ in tali die, in qua dr̄ fuisse occisus talis, in tali loco, et in tali hora d. t. prosecutus per totum illū diē, et præsertim in tali hora, fuit in tali loco distāti à loco, ubi istud delictum fuit ꝑpetratum, ꝑ xxx. miliatia, adeo ꝙ non erat possibile posse reperiri in tali loco delicti, et consequēter apparet d. confessionē nō esse verā, et cōfessum fuisse metu, et formidine tormētorū, et eodē met metu, et for-

midine perseuerasse in ratificatione, quoniã idem operatur tortura in habitu, quod operatur in actu, vt iuris est, sua die, &c.

Et ad prædicta probandum ponit, &c. nõ se tamen, &c. qualiter *il detto tale prosecuto nel giorno, che foro li diece del mese pssimo passato, se retrovò in la Città di Palermo, lontano dalla Città di Catania per tre giornate, & là negociò, parlò con li tali, & tali, & non si potea partire di loro che essi non l'haueßero veduto*, & est veritas: nihilominus dicãt testes quicquid sciunt in fauorem producentis, &c.

Item ponit, &c. non se tamen, &c. *come il detto t. comparente per lo d. t. prosecuto, fù, & è, fratello del d. prosecuto carcerato, & per t. & in tale da la natiuità del d. prosecuto per fino al presente, si hanno tenuto, trattato, reputato & chiamato, visto tenere, tratare, chiamare & reputare da tutti quelli, che lo conosceno, & hãno in prattica*, & ita est veritas, nihilominus dicant testes, &c.

Item frater pro fratre in iudicio criminali ad defendendum comparere potest, vt iuris est, sua die, &c.

Ex quibus omnibus, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item deducens, &c.

Quare constito in tantum, &c. petit d. talis prosecutus dictam prosecutionem & totum d. elogium, nullum declarari, quo declarato, vel non, petit à dicta prosecutione liberari, & in iustitia remitti, petens, &c. implorans, &c. omni meliori modo, &c. cum protestatione, &c. saluo, &c. & in defectum, &c.

Caputus Aduocatus.

Quandoque ad effectum se componendi, cum pœna est pecuniaria, remittitur in brachijs Curiæ, & deinde cõdemnatur & componitur, & tunc apud acta Magistri Notarij reus facit notam fatendo delictũ, & renunciando omnibus terminis, petendo gratiã, & misericordiam, & copia illius notæ præsentatur in processu, & fiscus petit, quòd condemnetur ad pęnam, & profertur interlocutoria, & condemnatur ad pęnã in pragmatica contentam, & deinde condemnatus facit notam in pede, & laudat d. sententiam, & postcà Capitaneus iudex & fiscus separatim, vel coniunctim faciunt notã, dicentes quòd ex quo t. reperitur condemnatus ad pęnã in pragmatica cõtentam in prosecutione contra eum facta receptione bannitorũ, seu ope, & auxilio præstito bannitis, stante remissione facta in brachijs Curiæ, & sententia siue interlocutoria condemnationis, & ipse reus approbauit & laudauit ipsam sententiã. Et pęna prædicta pertinet ad d. Dominum Capitaneum Iudicem & ærarium, stante quia habent commoda pęnarum tam ex priuilegijs, quàm ex consuetudinibus d. ciuitatis, propterea d. Capitaneus pro sua portione sibi contingente se contentauit & contentat, pro vncijs 10. reliquum verò, stante paupertate d. condemnati, qui non potest soluere, vel ex gratia relaxauit, & relaxat. & quia d. vnc. decem d. t. condemnatus in præsentiarum soluendi cõmoditatem non habet, propterea concessit sibi dilationem ad soluendũ in tempore recollectionis, vt constat per notam in actis talis Notarij.

Infra dies octo factis probationibus, si nihil euacuatũ fuerit super elogio, & scripturis, fit votum iudicis qui cõsulit Capitaneo, vt furcis suspendatur, quò ad anima separetur à corpore, & Capitaneus in pede scribit, quòd exequatur dictũ votum, & datur confratribus vt examinent & recordẽt, quæ animam concernunt, & morti traditur. Si verò prædicta probantur, & tunc remittitur in iustitia, & forma est vt sequitur.

Forma Voti condemnatorij ad mortem.

VISIS præsentibus scripturis, & elogio cõsistente in chartis scriptis & non scriptis centum, sum in voto, & ita consulo Spec. Domino Capitaneo, quòd supradictus t. furcis suspendatur, & tã diu maneat suspensus, quò ad anima separetũ ab eius corpore: vel si nobilis fuerit, dt quòd caput sibi truncetũ quò ad anima ab eius corpore separetur. T. Iudex. Et deinde Capitaneus subscribit: Exequatur d. votum, & d. t. suspendatur furcis, vel sibi caput truncetur, quò ad anima ab eius corpore separetur. T. Capitaneus.

Quandoque constat de delicto commisso per accusatum siue psecutum per informationes & subitiones: & tũc ex abrupto, absq; eo quòd dẽt aliquis terminus ipsi accusato

ad

ad se defendendum, cōdemnatur vel ad pęnam frustrigationis, vel ad remigandū super Regijs triremibus ad tempus, vel ad cōmorandum in carceribus alicuius Castri, vel ad seruiendum alicui ædificio construendo publicè, vel ad affixionē manus, vel ad ponēdū frœnū in ore cū palea, si fortè blasfemauit, vel aliud turpe conuicium dixit, vel ad quatuor tractus cordæ, vel ad dicendum aliqua verba publicè pro satisfactione alicuius; vel ad aliud simile, dummodò quòd ad tēpus, & non in perpetuum condēnetur: quia si venit imponenda pęna deportationis, vel vitę, tunc non solet cōdemnari, nisi fateatur prius ore proprio delictum, & consequenter ponatur ad torturā, & deinde terminus detur dierum octo ad se defendendum, vt supra, & si in dicto termino nihil euacuauerit, cōdemnabitur: si verò euacuauerit, remittetur in iustitia, & fiet processus iuris, & Ritus ordine seruato, vt infra.

Quandoque datur terminus extraordinarius ad se defendendum, si plenè, vel si non plenè cōstat de delicto per informationes & subitiones: quandoque dat̄ terminus fisco, & relatis informationibus dr̄, impinguentur, vel solet alia prouisio fieri.

DE MODO PROCEDENDI summariè in criminalibus.

SI verò fuerit remissus in iustitia, tunc fiet processus iuris & Ritus ordine seruato: & si delictum fuerit recens, proceditur summariè: si verò fuerit antiquum, proceditur ordinariè. Et dabitur in summarijs terminus dierum octo, in ordinarijs dierum duodecim, vt diximus supra. Cuius forma talis est. Verum quòd secundum Ritum iste terminus dierum octo currit à die pręstitæ fideiussionis, vt etiam hic dicunt practici. vnde sine termino puro quòd poterit in isto casu, quando non fuisset præstita fideiussio, præsentari libellus, & à die presentationis libelli currerent dies octo, sicut in ciuilibus, & forma erit libelli.

Libellus criminalis in accusatione, seu prosecutione homicidij.

Memoriale, quòd dat offert & præsentat t. accusator, seu procurator fiscalis Curiæ capitanialis Cur. Ciui. Cata. ꝯ et aduersus t. assertū minorē, cum interuētu, et authoritate t. eius curatoris in Curia capitaniali Cur. Ciui. Cat. in accusatione, siue prosecutione homicidij perpetrati in personam quondā miserandi t. in qua proceditur summariè, iuxta formam Ritus. Subeat.

Item ꝙ præsens qō fuit, et est de nece, et morte appostata et accordata per d. t. in personam t. qua p p condēnari dēt infrascriptis iuribus, rōnibus et causis, et alijs sua die, etc.

Item protestat̄ sibi omnes et quascunque scripturas publicas et priuatas, repertas, et quolibet in futurū reperiendas informationes ꝯ eum captas, et de nouo capiendas subitiones, torturam, informationes, cōfessiones ratificationes cum iuramēto super casu prædicto mortis, etiā si tales & talia essent, quæ magis specialem requirerēt propositionem, & protestationem, quæ oīa censeantur propositis, specificatis, & protestatis oībus melioribus modo, via, iure, remedio, causa & forma, quibus, magis, melius, validius, & efficacius poterunt ac debuerunt, possunt & debēt specificari, protestari, de iure, si & quatenus pro ipso accusatore faciunt, & non aliter, nec alio modo.

Itē protestatur sibi oēs actiones, replicationes, media, iura tā ciuilia, quàm canonica, regni constitutiones, capitula, pragmaticas, & consuetudines, obseruantias, ac Cur. stilos in oībus illis capitulis, clausulis, partibus & verbis, quę pro faciunt ac facere possunt, & non aliter, &c. omni meliori modo, quo de iure melius & efficacius ptestari possunt; quæ quidem protestationes cēseantur factæ & repetitæ & propositæ in oībus capitulis, lineis, & verbis præsentis memorialis.

Item pro facti serie est aduertendū, qualiter d. t. accusatus, siue prosecutus in mense Augusti, & in die sexto d. mensis, anni, 8. indict. 1565. pximè elapsæ in hac ciuitate Cataniæ, in contrata Campanalis veteris, diabolico spiritu ductus, non timens Deū, neq; Iustitiā, appēsatè & appostato modo, agressus fuit quondā miserandum talē, & mucrone, siue spata ferrea eū vulnerauit in capite, & in pectore pluribus vulneribus lethalibus, ex quibus exiuit magna sanguinis effusio taliter,

liter, quòd statim talibus vulneribus vulneratus, ille quondã miserandus t. cecidit in terram, & deinde infra breue tẽporis spatiũ & interuallũ mortẽ obiuit, & hac uita migrauit: vnde d. t. occisor & homicida condemnari debet, prout iura, Sacræ Regni constitutiones, pragmaticæ, & consuetudines volũt & mandant, vt iuris est, & sua die, &c.

Et ad prædicta probandum ponit, &c. nõ se tamen, &c. *come alli sei del predetto mese di Agosto dell'anno della ottaua indittione prossimo passato, in questa Città di Catania, nella contrada del Campanaro, il d. t. accusato, seu prosecuto appostatamente cõ animo di ammazzare, come poi ammazzò il d. quondam miserando t. lo assaltò in d. loco, & li detti con vna spada di ferro enaginata più ferite in testa, & nel petto, delli quali colpi ne vscì quantità grãde di sangue, & d. quondam tale cadette in terra, & da lì à pochi giorni si morì,* & est veritas, & nihilominus dicant testes, quicquid sciunt, &c.

Responsio Rei, qui subit, & interrogatur.

Die, &c. t. accusatus, siue ꝓsecutus præsens cũ authoritate supra dicti t. eius curatoris excellẽtis Domini t. Iudicis Cur. Capitanialis d. ciuitatis Cataniç, nec nõ & in ipsa præsentia nob. ęrarij, siue ꝓcuratoris fiscalis d. Cur. interrogatus cum iuro super non tãgentibus, & super tangentibus, siue super capitulis præsentis memorialis, & primò super t. cap. dixit, quòd non, negando expressè contenta in capitulo.

Item ponit, &c. nõ se tamen, &c. qualiter *incòtinenti che d. tale in lo tempo & loco predetto desse le d. ferite in testa & al petto al d. tale con la spada, ferendolo mortalmente se ne fugi, & li officiali lo seguiro & lo pigliaro fuggendo & lo portaro in casa del Spett. Signor Capitanio,* & ita fuit veritas, nihilominus dicant testes, &c.

Super secundo capitulo dixit, quòd non negando expressè contenta in d. capitulo.

Item ponit, &c. non se tamẽ, &c. qualiter *il d. accusato per lo caso predetto fu carcerato, & interrogato & posto à tortura, & confessò lo preditto delitto, & ratificò con giuramento, come appare per li detti atti in d. corte,* & est veritas, &c.

Quorum tenorem sibi protestatur, si quatenus, &c.

Super tertio cap. dixit.

Che quello che disse, lo disse per paura della corda, & per li forti dolori che sentia: ma non disse la verità, perche mai l'ammazzò, ne ferì.

Item ponit, &c. non se tamẽ, &c. qualiter *il detto accusato è solito commettere simili delitti, & è huomo riuoltoso, & di mala fama & vita, & sempre è stato tenuto in questa Città per huomo di mala conscientia, & homicidiario,* & est veritas, dicant testes, &c.

Super quarto capitulo dixit, quòd nõ negando expressè in eo contenta.

Item ponit, &c. non se tamen, &c. *come il detto tale accusato commise, & perpetrò il detto caso & delitto in lo detto mese di Agosto nell'anno 8. indictionis. prædicta, in la ditta Città di Catania nel loco predetto di lo Campanaro, Regnanti la Serenissima & Catolica Maiestà del Signor nostro Rè Filippo, & essistente Vicerè in questo Regno il tale.* & est veritas, &c.

Super quinto capitulo dixit, quòd nõ, negando expressè contenta in dicto capitulo.

Ex quibus omnibus infertur, &c.

Item deduces, &c.

Item non ad iniuriam, &c.

Item reuocans, &c.

Item non se adstringens, &c.

Quare constito de pręmissis, vel pręmissorum quolibet, quòad sufficiat ad victoriam, petit ipse t. accusator, siue ipse nob. ærarius & procurator fiscalis d. t. accusatũ, siue prosecutum, de morte, & nece appostata & accordata quondam miserandi t. condemnari debere, condemnatumque puniri & castigari, prout iura, Sacræ Regni constitutiones, capitula, & pragmaticæ volunt & mandant, & in defectu plenæ probationis subijci quæstionibus & tormentis, vt veritas ex ore proprio oriatur, potens, &c. implorãs, &c. omni meliori modo, &c. saluo, &c.

Cumia Aduocatus.

Si alia fuerint, quibus potest deueniri in clarum delictũ, prædicta forma poterit articulari. Item quòd fuit visus tali hora trãsire per

per locum delicti armatus & associatus pluribus gentibus armatis. Itē q fuit visus emere & amolare arma. Item quòd erat inter eos rixa, & habuerunt verba iniuriosa, ita quòd d. accusatus remāsit malè tractatus & offensus. Itē quòd deinde d. occisor minatus fuit d. occiso velle occidere. Itē quòd est homo malæ famæ, solitus rixari, & eius minas ad effectum producere. Item quòd incontinēti perpetrato delicto ibidem fuit orta vox, & fama publica quòd d. accusatus occidit.

Ex quibus, &c.

In accusatione furti.

Item quòd t. tali tempore, de nocte, in tali loco, apposuit certam schalam extra mœnia seu parietes t. domus, & ingressus est per eam talem domū, & inde furto subtraxit talem rem ipsius accusatoris. Item quòd bona furto subtracta erant ipsius t. Item quòd in perpetratione d. delicti fuit sibi præstitū auxilium per t. & eius opera, ope, & auxilio, atque fauore fuit d. furtum commissum. Item quòd t. tempore d. accusatus accessit armatus & associatus ad domum d. accusatoris, q nō potuit resistere, & ab eis domo abstulit t. rem. Item quòd d. die fuit uisus transire per dictum locum aspiciendo fenestras. Item q erat prosecutus in d. domo & habebat notitiam totius domus. Itē quòd in d. nocte fuit visus portare nonnulla bona. Item quòd in d. domo fuit repertus fumus. Item quòd penes t. fuerunt reperta d. bona.

Ex quibus omnibus, &c.

Item deducens, &c.

Item reuocans, &c.

Quare constito, &c. t. accusator petit d. t. accusatum condemnari, cōdemnatumque puniri & castigari debere, prout iura, sacræ cōstitutiones, & capitula Regni volunt & mādant, & in defectu plenæ probationis subijci quęstionibus & tormentis, vt veritas ore proprio elucescat, & ex officio cōdemnari, condemnatumque cogi & cōpelli ad restitutionem d. bonorum, & in defectu ad pretium quanti plurimi valere poterant, petens, &c. implorans, &c. oī meliori modo, &c. saluo semper, &c.

Furtum enim probatur per testes & socios familiares, qui senserūt strepitum de nocte, & viderunt rem ante domum, & dum cōstat de fractura osti j, vel muri, & res in domo nō reperiantur. Bart. & Bald. in l. si quando, C. vnde ui. Specul. in tit. de probat. uer. secundo, in fine. & uide repertor. Bertha. & Modernos in practic. crim. in uer. furtū. Et furtum dicitur casus fortuitus. l. 1. vbi Bart. col. 1. de furt. Et an furtum præsumatur factum culpa amittentis. uide Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. pętor ait. ff. de eden. & omnes scrib. ibi, & Angel. in §. prætereà, Institut. quibus mod. re contr. oblig.

Et est ēt notandum, q in quolibet libello criminali debet apponi tēpus & locus commissi delicti, quia sunt de substantia processus, alias esset nullus. Specular. in tit. de accusat. et debet etiam poni nomen Regis tūc regnātis. l. 1. bellorum, vbi glo. ff. de accus. et in Authen. ut præpo. nomē imperat. per totum, et vide omnino glo. in ver. instituēdis, Institut. de pub. iudic. in princ. et ideo protestatur quis cōtra pragmaticas et consuetudines: quia quando statutum non est insertū in volumine statutorum, debet præsentari, præsertim si sit statutū alterius ciuitatis, qd semper debet præsentari, et non sufficit allegari. Barto. et Moder. in rubr. ff de noui operis nunc. vbi ego dixi, et Moder. in l. oēs populi, nu. 279. ff de iust. et iure. fo. 96. vol. 1.

Pręsentato itaque libello, et facta subitione, per quā inducitur litis contestatio in criminalibus, cum aliter lis non contestetur, vt dixi in pract. sindi. nisi per subitionem, et est aduertendum, vt interrogetur super petitione ad effectum, vt ad eam respondeat, et non tantum super positione, quia litis cōtestatio fit per responsionem ad petitionem, et nō ad positionē, vt est tex. in cap. primo, de litis cōtestat. quod tene menti, quia multos errare uidi. Vnde inferre potes, quòd per subitionē factā super interrogatorio, non inducitur litis contestatio, quia non habet petitionē tale interrogatorium, et consequenter instantia biennij, quæ est in criminalibus dę iure cōi, et hodie per pragmaticā est anni vnius, non currit à die subitionis factæ super interrogatorio: sed super libello, vbi est petitio. Et citatur reus ad testium iuramenta videndum, et præsentandum suum interrogatorium ad ueisus testes infra breue tēporis spaciū, puta

qua-

quatuor, vel sex horarum, data copia libelli dicto reo, vt super eo formare possit interrogatorium aduersus testes: cuius formam posuimus supra, dũ locuti fuimus in ciuilibus, quia non datur differentia, vbi vide. & examinatis testibus per totum terminum dierũ octo fit publicatio, quæ est necessaria in hoc termino principali, & si nõ fieret, vitiaret totum processum, licet omissio aliorum publicationũ non vitiaret processum: quia prima publicatio est inducta saltẽ pro forma ꝑ hũc Ritum in c. 145. & ita ẽt seruat magna Curia, vt testatur Iorland. in sua practica synd. in c. 11. & testes nõ publicati non probarẽt. Tametsi de iure cõi sit magis cõis opinio, ꝙ publicatio nõ fit de substantia in ordinatijs, & multo minus in summarijs, & de plano. Marant. de ord. iud. fo. 94. nu. 22. vers. sextò operatur. citat Bar. & Alex. in l. prolatam, de sent. & interl. om. iudi. & vide Vantium in tract. nullit.

Publicatio.

Facta est publicatio in accusatione homicidij, vel furti, vel adulterij proposita ꝑ t. contra t. & ꝓducat si est in continua, & hic vide quæ diximus in pcedenti proximo versiculo.

Terminus ad defendendum, & reprobandum.

Datus est terminus ad defendendũ, & reprobandum t. in accusatione homicidij, vel furti, cõtra eum proposita per talem, dierum duodecim.

Et iste terminus ad defendẽdum & reprobandum nõ põt renunciari: quia est primus terminus, siue coniunctim, siue diuisim fuerint dati, licèt alij termini ad reprobandum, vti odiosi, possint renunciari: sed iste primus terminus in totum renunciari non potest, sed saltẽ pro forma dari potest & debet, vti inductus à lege Ritus ob publicã vtilitatem, & ita in sindicatu semper seruaui, vt saltẽ per diem teneat hunc terminum ad reprobandũ reus: & ita tenet Iorlan. in tract. synd. cap. 12. cõtra Petrum Greg. sibi ipsi contrariũ, in tract. de iud. caus. feud. q. 15. ver. tertiò aduertendum est, circa finem. Et deinde in alio die si aliquid est actũ in d. termino reprobatorio, vel ad defendendum, fit publicatio.

Publicatio in termino ad defendẽdum & reprobandum.

Facta est publicatio super termino ad defendendum & reprobandum indulto tali in accusatione furti, siue homicidij contra eum proposita per talem.

Et hæc publicatio licèt non vitiaret processum, si non fieret, quia non est prima publicatio, tñ vitiaret probationem, quæ facta fuisset super exceptionibus, seu reprobationibus in d. termino, si est facta probatio, vt habetur in l. gesta, & ibi gl. C. de re iud. Iorlan. in d. tract. synd. ca. 13. & hoc tutius est, licèt verè dici posset nõ requiri de necessitate publicationem, vbi reus esset carceratus, & testes fuissent nisi per iudicem, ut in c. Ritus, 143.

Item qñ testes capi possunt lite non contestata, vt in informationibus, vel in causa summariè, & de plano, vbi sine litis cõtestatione proceditur, non requiritur publicatio. Ias. in l. 2. col. pen. C. de eden. Iorl. in d. c. 13.

Si verò suas exceptiones non pręsentauerit reus in hoc termino ad defendendum & reprobãdum, poterit illas præsentare in termino restitutorio hoc modo.

Restitutio.

Restitutus est ex causa t. accusatus in accusatione homicidij, vel furti, contra eum proposita per talem ad dies duos.

Et præsentãtur capitula huius formæ. Etsi facta fuerit post conclusionem, ponentur in fine verba, rescissa prius conclusione.

Restitutiones, exceptiones, defensiones, & iura, quas & quæ dat, offert, & præsentat in Cur. capitanali Cur. Ciuita. Cata. t. contra & aduersus t. accusantẽ, seu contra nob. Aerarium d. Curiæ in accusatione, seu prosecutione inter eos vertẽte, in qua ꝓceditur, &c.

Item quòd præsens causa fuit, & est liberationis, & absolutionis d. t. ab indebita accusatione, seu ab indebita prosecutione, si est cum fisco, de asserta nece & morte quondam t. iuribus, rationibus & causis inferius deducendis, & alijs sua die, &c.

Item protestatur sibi oẽs & quascunque scripturas, &c. pone cap. positum supra in memoriali actoris. Itẽ protestatur sibi oẽs & quascunque exceptiones, defensiones iuris & facti de inepto modo agẽdi, &c. & pone cap. quod est supra in ciuil. quod incipit, Itẽ ante quàm ingrediantur. & denique oẽs illas protestationes ibi positas hic pone, pręter protestationem actionum, quia nõ conueniunt

ueniunt reis protestari sibi actiones, sed exceptiones & defensiones. Itē, &c. hic narrabis factum, & appones exceptiones vt est dictum supra in modo procedēdi ex abrupto. Item, quòd est homo bonæ famæ & conditionis, solitus omni anno cōfiteri sua peccata, & sumere sanctam Eucharistiam, &c.

Ex quibus, &c.

Quare constito petit d.t. prosecutus à dicta afferta prosecutione cōtra eum proposita per d. nob. Aerariū d. Cur. de afferta nece & morte d. quondam t. absolui & liberari debere, petens, &c. implorās, &c. omni meliori modo, &c. & in defectum, &c. saluo, &c.

Facta citatione ad testium iuramenta videndum, & pręsentandum interrogatorium aduersus testes, fit productio, & transacto termino restitutorio fit publicatio super restitutione: & si est incōtinua, ponitur & producat, vt est dictum supra.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino restitutorio indulto t. in accusatione homicidij cōtra eum proposita per t. & producat si est in continua.

Terminus ad reprobandum.

Datus est terminus ad reprobandum testes & acta vltimo loco producta t. in accusatione homicidij, quam proposuit contra t. dierum quatuor.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino vltimo loco ad reprobandum indulto t. in accusatione, quam proposuit contra t.

Hic aduertendum, quòd si in termino reprobatorio pars aliquid egerit, quòd si id, quod est actum, tendit ad meram defensionem, datur alteri parti alius terminus ad reprobandum: sed si tendit ad meram reprobationem, & tunc nō datur terminus ad reprobādū reprobātes ne lites fiāt immortales p cap. Ritus, 171. quod incipit, in causis ordinarijs ciuilibus: quod cap. licèt loquatur in ciuilibus, locum tñ habet ēt in criminalibus: quia eadem est ratio generalis & æqua, secundū Io. lan. c. 14. Et pręd̄icto modo poterit cōcedi secunda restitutio extraordinaria parti petenti, cum ordinariè ex causa primæ, & ex causa secundæ ēt personis restituibil bus, vt supra diximus non conceduntur, sicut conceduntur in ciuilibus. Tertia verò restitutio, nisi ex maxima causa secundum causę cognitionē non conceduntur, sed concluditur: qn̄ tamen conceditur restitutio, ēt super capitulis alias præsentatis, potest concedi, si pars non haberet copiam productorum, & sunt testes de nouo reperti, & talis, in quo nulla caderet suspitio subornationis, & hoc ex officio, etiam parte non petente facere potest iudex, vt dicunt hic practici.

Conclusio.

Conclusum est in accusatione per t. contra t. proposita.

DE MODO PROCEDENDI ordinariè.

SI delictum est antiquū, idest post cōmissum, transeunt duo menses à die scientiæ delinquentis & delicti, tunc proceditur p termini dationē, qui nō datur in summarijs, vt est dictum, cuius est forma.

Terminus Principalis in ordinarijs causis crimin.

Datus est terminus in accusatione furti proposita per t. contra talem, vel inter talem accusatorem ex vna, & t. accusatum parte ex altera, veniendi & probandi vtriq; parti dierum duodecim.

Publicatio.

Facta est publicatio super termino principali vtrique parti indulto in accusatione furti vertente inter t. accusatorem parte ex vna, & t. accusatum parte ex altera.

Terminus ad reprobandum.

Datus est terminus ad reprobandum t. accusato in accusatione contra eum proposita per talem dierum quatuor.

Solet accusatus facere suas exceptiones & defensiones quandoque in hoc termino ad reprobandum, quod mihi nunquā bonū, & rectè factum visum fuit, quia est terminus tantum ad reprobandum, & non ad defendendum, & memini vidisse Affl. in.....

Nisi dicamus, quòd licèt iste terminus ad reprobandum principaliter sit datus ad reprobandum iam in consequētiam, est ad defendendū: imo reprobationes principaliter fiunt

fiunt ꝓ defensiones causæ, vt quis abstineat, vt dixit Capici. decis. 62. & vide in meo cōs. 113. & tunc (vt nuper diximus) datur terminus & ad reprobādū, & quæ acta sunt in hoc termino reprobatorio, qñ sunt facta capitula ad merā defensionē: sed si ad merā reprobationē, non datur terminus ad reprobandū reprobantes ne lites fiant immortales, vt in c. Ritus, 171. sed bene dabitur terminus ad reprobādū, & quę acta sunt in termino principali, qui fuit cōis, & vterq; agere potuit, si cōcurrendo nō se impediunt: alias si per cōcursum fieret impedimentū, debet prius accusator facere suas probationes, & deinde accusatus, qui poterit retinere cōtinuā arbitrio iudicis, & dicunt etiā hic practici: Ideo vterque debet habere terminū ad reprobandū, primò accusatus quia præsumitur prius probasse actorem, & deinde accusator, quia post probauit accusatus, huius formæ.

Terminus ad reprobandum datus accusatori.

Datus est terminus ad reprobādum t. accusatori in accusatione inter d. talem accusatorem parte ex vna, & t. accusatum parte ex altera dierum quatuor.

Si aliquid est actū, fit publicatio, sicut diximus in oībus terminis, vbi aliquid agitur, & deinde proceditur, sicut est dictū in causis summarijs criminalibus, non addendo, nec minuendo aliquid vsque ad conclusionem in causa.

Et denique aduertendum est, q̃ dilationes prędictæ sunt datæ in casu, quo non extiterit causa quòd maior dilatio dari debeat, vel minor: nam quandoque datur minori dilationis terminus, vt quando pars non fuerit præsens, & augeri potest terminus vsque ad dies 20. in ordinarijs. quod non est in sūmarijs, quia ibi nō datur terminus, vt est dictū, & dicunt hic practici. Quandoq; minor datur dilatio, si est periculum peremptionis instantiæ, vbi etiam in vno die omnes termini possunt dari, & demum fieri cōclusio, si tāta sit breuitas instātiæ, & ideo iudex solet mandare in sede quòd dentur danda ad horas & momenta propter periculum peremptionis instantiæ, & tangit etiam Iorland. in cap. 12.

Est etiam sciendum, quòd quandoque agit accusator, & tunc in terminis & alijs actis Cur. dicitur in accusatione proposita per talem, seu vertente inter t. accusatorem, & t. accusatum. Quandoque agit fiscus, & tunc quādoque agit principaliter, puta quia non fuit accusatio, & tunc dicitur in prosecutione vertente inter talem prosequutum, & t. procuratorē fisci prosequentem. Quandoque fiscus non agit principaliter, sed vti subintrans, & tunc quandoque subintrat ob cessionē partis, & dicitur in accusatione furti contra eum proposita per t. vertente inter t. accusatum & prosecutū, & talem fisci procuratorem prosequentem subintrantem ob cessionem partis, seu principalis accusatoris. Quandoque subintrat ob desistentiam partis, quæ non prosequitur accusationem, quā proposuit, & tunc dicitur in accusatione cōtra eum proposita per t. vertente inter d. talem accusatum, & prosequutū parte ex vna, & t. Aeratium Curiæ prosequentem & subintrantem ob desistētiam partis parte ex altera. Et formam tradēmus solum de publicatione, & sic de singulis terminis poterit facilè sciri, quia dātur termini, vt supra, & deinde adduntur hæc infrascipta verba.

Publicatio.

Facta est publicatio in accusatione furti contra t. proposita per talem, & vertente inter d. t. accusatum & prosequutum parte ex vna, & t. Aerarium Curiæ seu procuratorem fisci prosequentem & subintrantem ob cessionem principalis accusatoris, vel ob desistentiam partis accusatricis.

Sciendum est etiam, quòd conclusum & collatio scribuntur in charta extranea super processu, qui mittitur iudici ad effectum sententiæ ferendæ, cuius conclusionis forma est posita supra, & hic subdit collationis forma.

Collatio.

Facta est collatio pręsentis processus præsentibus partibus, vel eis absentibus & citatis ad dictam collationem processus, vt constat per talem porterium, qui processus consistit in chartis scriptis & non scriptis 150.

Citatio.

Talis porterius retulit, qualiter de mādato excellentis Domini Iudicis citauit personaliter talem ad petitionem & instantiā talis ad dicendum, & allegandum & sententiam audiendum, & posteà audiuntur aduocati, & profertur sententia huius formæ. In magna Regia Curia practicatur, quòd fit vna citatio pro omnibus, videlicet ad litem contestādum, terminos dandum, concludendū, col-

collationem processus faciendum, & ad dicendum & allegandum, & sententiā audiendū, & sine alia citatione poterit proferri snia, dummodò quòd ab aliquo actu non fuerint elapsi sex mēses, puta à die, quo est datus terminus aliquis, puta ad defendendum, vel reprobandum, vel à die, quo est facta cōclusio, vel est facta collatio, vel alius similis actus, quia tūc post sex mēses requiritur nouū citatio ad prosequendum, & sniam audiendum, per cap. Ritus .... & posteà profertur snia.

Forma sententiæ.

PROVIDENDA est quæstio vertens inter t. & t. petitionis ex parte t. actoris, d. t. conuentum condemnari, cōdemnatumq; cogi & compelli ad dandum, relaxandum, restituendum, & assignandum domum t. cū fructibus perceptis, percipiendis, & qui percipi poterāt, damnis, interesse, & expensis ex processu, vel extra legitimè liquidatis, vel liquidādis, petens, &c. implorās, &c. oī meliori modo, &c. Et ex parte d. conuēti petitionis à dicta in debita prætensione absolui & liberari debere, dictumque actorē ad expensas condemnari, petens, &c. implorans, &c. omni meliori modo, &c. iuribus rationibus, & causis in processu deductis, & declaratis.

IESVS.

Prouisum est per nos t. V. I. D. iudicem, &c. quòd d. talis conuentus condemnetur, prout eum nos condemnamus ad restituendum & assignandum domum prædictam tali actori vnà cum fructibus à die litis contestatæ citra, à cæteris absoluatur, & liberetur, hanc nostram, &c.

DE MODO PROCEDENDI in criminalibus contra absentes.

CONTRA delinquētes accusatos, seu prosecutos, qui nō comparent, proceditur: Nam proposita accusatione, vt supra diximus, vel sine accusatione citatur criminaliter, & posteà fit denunciatio fisci, & incusatur contumacia statim, si constat de sanguine: si verò non constat in prima die incusatur contumacia, & expectatur per triduum in mag. Cur. & in hac ciuitate Cataniæ, & in alijs Curijs inferioribus, vt dicūt hic practici, tres incusantur contumaciæ, & deinde profertur sententia banni.

Forma contumaciæ.

INCVSATA est contumacia t. citati criminaliter ad petitionem & instātiam t. accusantis eum de insultu appostato modo, cum percussione, &c. & de alijs, &c. & de citatione constat per talem Curiæ seruientem.

Forma sententiæ banni.

EX quo t. fuit criminaliter accusatus de insultu, appostato modo, cum percussione lethali in capite t. per talem, et ob id criminaliter citatus, et non comparuit, nec ipse, nec alius pro eo, qui eius contumaciam, seu absentiam legitimè excusaret, ob quod fuit contumacia incusata, vt constat ex actis dictæ Curiæ: Ideo nos t. V. I. D. .... condemnamus d. talem accusatum, seu prosecutum, ad bannum et tertiam partem omninm bonorum suorum mobilium, si per bimestris temporis spatium in banno perseuerauerit nobi. procuratori regij fisci: reliquis verò bonis, tàm mobilibus, quàm stabilibus regio fisco applicandis, si quadrimestris temporis circulo in banno perseuerauerit: vel reliquis verò bonis tam mobilibus quàm stabilibus quadrimestris temporis circulo annotandis. hanc nostram, &c.

Lecta, lata & pronunciata fuit in iudicio per talem iudicem, &c. die, &c.

Et in quibusdam locis statim emittitur publicum proclama cum tuba, vt vnusquisque sentiat. Et dicitur, quòd ex quo talis fuit accusatus, & citatus criminaliter, & nō comparuit, & fuit bannitus, quòd vnusquisque habeat eum pro bānito, & fit nota quòd fuit emissum tale publicum proclama per talem præconem, vt seruatur in hac ciuitate: sed in Magna Curia non seruatur, sed tantum profertur sententia bāni in iudicio per Mag. Cur. & bannito accedit commissarius cum fisco ad domum delinquētis, & facit inuentarium omnium bonorū: & si se posteà præsentat, & vult purgare bānum, iudex in dorso ipsius banni scribit hæc verba.

Præſtito de vncijs tot, de retinendo ciuitatẽ pro carcere delcatur, & Magiſter Notarius præſtitus, præſtita ſibi prius fideiuſſione prędicta, facit notam huius formæ in pede, die, &c. vacat & caſſa eſt ſupra dicta ſnia banni de mandato Domini Iudicis in ſcriptis mãdantis, quoniã d.t. præſtitit iuxta formã prędicti mandati, vt ex actis Curiæ conſtat. vnde, &c. nã Magiſter Notarius dẽt apponere cauſam, quare bannũ cãcellat. Specul. in tit. de accuſat. §. ſequitur, num. 20. & ſi ſe præſentat infra triduum, nihil ſoluit, cum ſtatim bannitur, propterea quia cõſtat de ſanguine: ſed ſi bannitur poſt triduum in caſu, quo de ſanguine nõ conſtat, purgat bannũ & ſoluit licèt infra triduum à die bãni ſe præſentet, & ſi ſtatim quòd citatur quis pro eo compatet de eũ præſentando infra triduum, nõ bannitur, &t quòd conſtet in prõptu de ſanguine. Et præſentato proceditur contra eum, vt diximus tribus modis, ex abrupto, ſummatiè, vel ordinariè, ſed ſi non ſe præſentat & in bãno perſeuerat, & tũc diſtinguitur: aut eſt bãnitus pro delicto, pro quo venit imponenda pœna à relegatione infra, & tunc patitur pęnam banni ſecundum cõſtitutiones & capitula per capit. Ritus, 159. quæ pœna bãni eſt alia hodie per pragmaticam, vt patet in d. forma ſententiæ banni, & alia erat tempore, quo fuit conditus Ritus, quæ ſtatuebatur p cõſtitutiones & capitula Regni, vt dixi ſuper Ritu in prædicto cap. Itẽ tranſactis duobus menſibus à die ſententiæ banni, ſi accuſator forte non fuerit contentus prędicta pęna bãni, poterit facere dare curatorem aliquem ex conſanguineis accuſati, vel alium, ſi non fuerit cõſanguineus: & fit cędula curatiæ abſenti, vt dixi in cædulis, & facere proceſſum cõtra abſentem, ita quòd deueniri poteſt ad ſẽtentiã, & condẽnari & puniri põt, prout delicti qualitas exegerit. Itẽ ſi noluerit expectare duos mẽſes, poterit hoc idem facere, vt probatur in d.c. Ritus, 159. & tunc fiet proceſſus contra curatorem abſentis eo modo, quo ſupra diximus contra præſentem.

Si verò ſit bannitus pro delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, vel deportationis, vel mutilationis membri, quę hodie nõ eſt in vſu, vt dixi in d.c. Ritus. 159. & tunc poſt quadrimeſtre tẽpus, in quõ bannitus in banno perſeuerauit, proceditur ad ſniam forindicationis per pragmaticam hodie: ſed antiquitus per Ritum d. c. 159. procedebatur poſt annum, & citantur domibus ipſius accuſati, & banniti, & eorum amici conſanguinei & vicini huius formæ.

Forma literarum citatorialium pro foriudicatione facienda.

PHILIPPVS, &c.

VICEREX in hoc Siciliæ regno, vniuerſis & ſigulis officialibus Regni, & pręſertim talis terræ ſeu ciuitatis algozerijs, cõmiſſarijs, vel procuratoribus M. R. C. cui vel quibus præſentes præſentatæ fuerint, gratiam & bonam voluntatem. Vt ritè & rectè procedatur ad ſniam for iudicationis contra t. accuſatum de inſultu appoſtato modo, lege Iulia ui publica, gentibus coadunatis, de die, ad modum guerræ, cum Lanceis & ſcopettis vſque ad domum ipſius t. accuſatoris, vociferando alta voce, *carne à la caſa di queſtà canaglia*, cum percuſſione in tibia ipſius accuſatoris, & percuſſione lethali in latus t. eius fratris, de quo dubitabatur de morte, & ſacramẽto homagio ruptis & propter bannitos & in bãno perſeuerantes eius bannitos atque conſanguineos amicos & vicinos citari & requiri ad ipſam ſniam foriudicationis oportet: ideo vobis & cuilibet veſtrũ dicimus & mandamus, quòd per unum ex ueſtræ Curiæ ſeruientibus, vel per vos dictos accuſatos & bãnitos in domibus eorum ſolitę habitationis tẽpore cõmiſſi delicti prędicti, eiuſq; conſanguineos, amicos, & uicinos, quos ſcire poteritis ad petitionem & inſtãtiam ſupradicti t. accuſatoris citari & requiri faciatis, ut octauo poſt citationẽ ipſam perẽptoriè debeant in M. R. C. comparere dicti accuſati perſonaliter: reliqui verò legitimè ad dicendum & allegandum cauſam, ſi quam habuerint legitimã abſentię ipſorum bannitorum, & quare contra eos ad ipſam ſententiã foriudicationis procedi non deberet: diem verò citationis ipſius, per quẽ corã quibus quicquid inde feceritis veſtris literis reſponſalibus præſentem formam continẽtibus ad M. R. C. illicò reſcribere debeatis, et præmiſſa cũ effectu exequamini, cauti à contrario ſub pœna florenorum mille fiſco regio applicanda. dat. Panor. die, etc.

Vidit Ioſeph Iudex.

Forma

Forma literarum, responsalium.

MVLTVM Magnifici & excellentes Domini iudices Mag. Reg. Cur. amici cariſſimi, quam plurimum honorandi. Accepimus literas à dicta M.R.C. tenoris ſequentis,

PHILIPPVS, &c.

Vicerex in hoc Sicilię Regno,&c.die,&c. præſentatæ fuerunt præſentes per t. iudicem talis ciuitatis,præſententur & exequãtur ſaluis priuilegijs dictæ ciuitatis, quibus literis per nos receptis requiri & citari fecimus t. die t. vt conſtitit per talem Cur.ſeruientem, nec non & reliquos, videlicet tales vicinos, tales amicos, & tales conſanguineos d. prænominatorum accuſatorum ad ſententiam foriudicationis, qui infra dies octo peremptoriè deberent comparere in d.M.Reg.Cur. per affixionem conſimilis, vt conſtat per t. monterium die t. coram teſtibus,videlicet t. & t. vt in dictis literis continetur, ad ſimiles ſemper nos paratos reddimus d. V. Imperantibus ex terra t. die,&c.

Ad omnia mandata d. V. ſpect. paratus,talis iudex.

Multum ſpectab. & excellentibus iudicibus Mag. Reg. Cur. eorum Dominis obſeruandis.

Deinde incuſatur contumacia dictorum citatorum in mag. Curia, & ſi infra terminũ prędictum dierum octo nõ comparent, profertur ſententia foriudicationis. Eſt bene verum, quòd dum legitur d. ſententia foriudicationis,& non eſt finita, ſemper quis poteſt comparere & offerre ſatiſdationem de eum pręſentando infra certum terminum, & auditur et finitur, nec pronunciatur dicta ſententia foriudicationis:ſed ſi eſt lecta,et nemo cõparuit,non eſt aliquod remedium, ſed habetur pro mortuo,vt in dicta ſententia foriudicationis continetur, in hac forma.

Forma ſententiæ foriudicationis.

QVia t. legitimè & peremptoriè citati, vt in certo eis dato termino in M. R. C. perſonaliter cõparere deberent in iudicio reſponſuri t. accuſantibus eos de inſultu,appoſtato modo,gẽtibus coadunatis & armatis cõmiſſo in perſona miſerandi t. eorũ fratris cũ vulneribus lethalibus in capite & in corpore,& de omni eo,quod ex dictis vulneribus ſequi potuit, q́ poſteà ex dictis vulneribus mortuus fuit, & de alijs criminibus & delictis in ipſa accuſatione & ſententia banni cõtentis & declaratis. Non comparuerunt in termino ſupradicto eis dato,nec aliquis pro eis,qui eorũ contumaciam ſiue abſentiã legitimè excuſaret, ob quod fuerunt bãno ſuppoſito & ſentẽtialiter cõdemnati ad bannũ, & ad tertiã partẽ oĩum bonorum eorũ mobiliũ,prout ex ſerie, continentia, & tenore ſentẽtiæ banni latæ & pronunciatę ꝓ Cur.Capitanialẽ Cur.Ciuit. Cata. die,&c. apparet & contineri vidimus: demum pronunciatis accuſatis bannitis, & in eorum contumacia & banni ſnĩa vſque ad quadrimeſtris tẽporis circulum,& ſatis vltra conſtitutos, & tenaciter perſeuerantes à diæ ſnĩæ banni prædicti numerãdo, & pro parte nominatorũ accuſantiũ,fuit petitũ ad ſnĩam foriudicationis procedi dẽre:quapropter M. R. C. ipſa citari mandauit & fecit præfatos nominatos accuſatos, bannitos, & cõtumaces, vt in certo termino eis dato in M. R. C. perſonaliter cõparere deberẽt ſe ipſos defenſores aduerſus accuſationẽ prędictã,nec non eorũdem accuſatorũ,bannitorũ, & cõtinuationis tẽpore cõmiſſi & perpetrati delicti,qui ipſorum accuſatorum & bãnitorum contumaciam,ſeu abſentiam legitimè excuſarent: qui eorumdem accuſatorum & bannitorum parentes,& conſanguinei,amici,& viciñi nõ comparuerunt in termino ſupradicto eis dato,nec aliquis pro eis, qui eorum contumaciam ſeu abſentiam legitimè excuſaret, ob quod fuit eis accuſatata contumacia in actis M. R. Cur. die,&c. vt per acta ipſius clarius demonſtratur.

Idcirco.

Nos Don talis Magiſter Iuſtitiarius huius Siciliæ regni,& iudices M. R. C. vel nos Iudices M. R. C. (ſi non eſt Magiſter Iuſtitiarius)oĩbus iuribus ſolẽnitatibus,q́ in talibus requirũtur,obſeruatis, eoſdẽ ſupra nominatos bãnitos & contumaces foriudicamus, & ad ſententiã foriudicationis condemnamus tanquam in eorum contumacia, et ſatis vltra conſtitutos et tenaciter perſeuerantes,

ita quòd eisdem accusatis bannitis & foriudicatis iudiciorum limina præcludant: nulla tamen licentia eis super remanente super eorum accusatione principalis termini, sed de eodem maleficio habeantur proinde ac si confessi & conuicti fuissent, & p presentem diffinitiuam condemnati. Hostes namq; publici reputentur, ab omnibus impunè offendantur. Si quis autē eosdem supra nominatos accusatos, bānitos, & foriudicatos offenderit, & occiderit, nulla proinde calūnia teneatur, sed præmium expectet à S. R. Maiestate: de licentia namque Principis offenditur, qui subterfugiendo iudicium legis præcepta contemnit. Bonis verò eorum omnibus tum mobilibus tum stabilibus, vbicunque existentibus, & melius apparentibus regio fisco deuolutis, salua tamen parentibus & filijs, si qui sint, de bonis ipsius debita portione secundum Imperialem huius regni constitutionum continentiam, & tenorem regni capitulorum nouæ pragmaticæ super his conditæ. Si quis autem eosdem accusatos, bannitos, & foriudicatos ausu temerario in aliquo casali, villa, seu tugurio receptauerit, pœnam secundum seriem, continentiam, & tenorem eiusdem regni constitutionum, & nouæ pragmaticę super his editorum se nouerit incursurum: hanc nostram in scriptis sententiam proferentes.

Pronunciata Catania die, &c.

DE MODO PROCEDENDI contra accusatores, seu fiscum, ad effectum, vt reus se expediat, &c.

SI accusatus fuit carceratus, & accusator copiam sui non fecerit, sed latitauerit, adeo quòd cædula iniunctoria quòd agat, tradi non potest, supplicatur Iudici quòd ex quo ipse accusatus est egenus, & pauper, & non habet vnde viuat, & non valet amplius sufferre vexationem carceris, & cupit propterea se expedire: ideo supplicat ut sibi de iuris remedio prouideatur, vestrum officium implorando, vt uelit mandare alicui Cur. seruienti, quod habeat ipsum accusatorem perquirere, & perquisito prius & non inuento velit ex officio declarare ipsum accusatorem tanquam latitantem haberi pro desistente, quo habito pro desistente iniungi facere & mandare procuratori regij fisci, quòd habeat subintrare, quo subintrato infra certā dilationem d. V. bene visam habeat accusationē pręd ictā prosequi, & finire, quo ærario non prosequēte infra d. dilationem sibi datam, velit dictum accusatum excarcerari facere, & eum liberare, petens, &c. Altissimus, &c.

Et tunc mandatur nuntio, vt eum pquirat, quo non inuēto fit nota apud acta, qualiter t. nuncius retulit de mandato iudicis pquisiuisse p loca solita & cōsueta t. vt daret cędulam quòd agat, & non inuenit. Et postcà fit cędula quòd agat fisco subintrāti ob desistentiam accusatoris, & deinde elapso termino fit alia cędula purificatoria, & si nihil agit excarceratur: sed si accusator est pręsens, mittitur d. cędula ꝙ agat iniunctoria, & alia purificatoria, sicut etiā mittitur fisco principaliter prosequenti, uel ob desistentiā partis subintranti, quarum cędularum formas quòd agat, uide supra de modo proceden. per viam cędulę.

DE MODO PROCEDENDI per viam informationis.

PER viam informationis proceditur cōtra aliquē principaliter nō agitur, sed fit ad informationē Curię, puta si volo informare iudices, me tenere & possidere rē aliquā vel pauperē esse, vel casum aliquem euenisse, & moratorię locum esse, vel aliqua extrinseca ad effectum executionis faciendę, & fit memoriale, quod dicitur etiam Rubriconum, hoc modo videlicet.

> Recipiantur testes ad informationem Cur. per Curiam ciuilem Cur. Ciuit. Cata. super capitulis & articulis infrascriptis ad petitionem talis.

Item ꝙ frumentum tpe mensis Augusti valebat ad rationem vnciæ vnius pro salma, & ita cōiter vendebatur tunc temporis publicè, & specialiter in dicta ciuitate Cataniæ.

Item quòd talis fuit et est pauperimus, et ita cōiter tenebatur, et æstimabatur, tenetur et æstimatur ab omnibus eū cognoscētibus.

Item his proximis diebus fuit combusta domus, seu massaria, cū omnibus ibi existētibus,

tibus, in qua seminauerat tantam quantitatem frumenti, & ordei.

Itē in anno præsenti in tali loco fuit quædā inopia & incognita sterilitas, adeo quòd propter dictam sterilitatem arbores t. fundi non produxerunt fructus.

Itē quòd talis mortuus & defunctus fuit in tali loco, & in bonis ipsius successit talis.

Et si ista capitula fiunt ad effectum executionis fiendæ, adeo quòd testes capiunt in vim extremorum contra aliquem: tunc poterit peti ut pars interrogetur, & ponetur in capitulis, & quæratur: & si pars acceptauerit capitulum producēs, habebit iterum intentum, & poterit executionem causare secundum practicos hic. Poterit etiam fieri interrogatorium ad effectum periurij, & eo interrogato si fatetur esse hæredem, poterit cōtra eum fieri executio virtute contractus & cōfessionis factæ in iudicio.

DE MODO PROCEDENDI in causa appellationis, &c.

SI appellatur à diffinitiua, vel ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, regulariter nō requiritur expressio causæ grauaminis in appellatione, sed in genere potest appellans dicere se grauatum, l. 2. ff. de appel. Canon. in cap. cum ecclesia, de appell. nisi procederetur appellatione remota, quia tunc debet exprimi causa grauaminis, alias non valet appellatio. Spec. in tit. de execut. sent. §. nunc dicendum, ver. se nunquid. Franc. in cap. si iustus metus, num. 34. de appellat. per cap. Romana, §. sin autē, & §. si quod si obijciatur, de appel. in 6. quod est cōfirmatum per cap. 20. sess. 24. in sacro Concil. Triden. & in c. 7. sess. 22. & Maran. de ordi. iud. in tit. de appel. num. 143. & 172. sed si appellatur ab interlocutoria non habente vim diffinitiuæ, non valet aliter appellatio, nisi grauaminis causa exprimatur cap. cordi nobis, de appellat. in 6. ubi Gemin. Abb. & Franc. in d. c. cum ecclesia. Bar. in l. eius, qui col. 1. ff. de appell. recip. text. est & commu. Doct. in c. vt debitus, de appelllat. in 6. & habetur c. 20. sessione 24. in sacro Concil. Triden. Nisi in mero iure causa grauaminis cōsisteret, adeo quòd nullam requireret probationem in facto: quia tunc valeret appellatio sine expressione causæ: quia in allegationibus iuris deduci potest. Bal. in l. minoribus, C. de his, quibus vt indig. & in l. per hanc, col. pen. in fine, C. de temp. appellat. Gemin. in d. c. cordi nobis, & Franc. in d. c. vt debitus. latè declarat Marant. in tract. de ord. iud. par. 6. actu 2. num. 241. vers. 4. differen. fol. 235. Item hæc expressio causæ debet fieri coram iudice à quo, & non coram iudice ad quem. d. cap. ut debitus, vbi Abb. Bart. in l. a it prætor, ff. de min. quemadmodum etiam appellatio sine expressione causæ à diffinitiua fieri etiam debet coram iudice à quo, si eius copia haberi potest, & propter metum, vel aliter non impeditur appellans: alias debet appellari coram iudice ad quem, similiter si eius copia haberi non potest infra decem dies, aliàs coram honestis personis. Vnde poterit appellari coram iudice à quo, & appellabitur coram iudice ad quem, appellatio esset nulla, & sententia primi iudicij uti trāsacta in rem iudicatam posset exequi. Franc. num. 22. post Imol. col. 4. in c. si iustus, de appellat. qui dicunt esse text. in l. 2. §. dies, ver. si quis, ff. quando appellan. sit. ubi coram iudice ad quem in subsidium appellari potest. sentit idem Marant. de ord. iud. p. 6. de appellat. num. 121. & ratio assignatur per Franc. in d. cap. si iustus, nume. 19. licet contrarium voluerit Imol. & Bart. ibi, ubi refert Franc. & si posset appellari coram iudice ad quem, & appellaretur coram honestis uiris, esset nulla appellatio de rigore: secus de æquitate, quia sustineretur. Franc. ibi, nume. 21. & Maran. num. 121. sed, vt euitetur opin. melius esset appellare coram iudice ad quem, si fac ilè eius copia haberi potest, præsertim quia Decius in d. c. si iustus, ita concordat d. opiniones, & si cum non erit legitimè appellatum, poterit mitti ad effectum, quòd appellatio declaratur nulla, & sententia exequatur: sed si à principio tenuit appellatio, & posteà aliquo defectu irritatur, poterit peti quòd declaratur deserta. Et debent exprimi in specie nominatim & nō in genere ꝑ relationem ad acta, uel ex causis suis loco & tēpe ꝑponendis. & infra decem dies exprimi vel declarari debet, alias sententia transit in rē iudicatam, sm Ang. in cons. 219. col. 2. Soc. in cons. 45. col. 4. uol. .. latè Marant. in ꝑcitato loco. causas aūt grauaminis, quibus appellari pōt in casu, quo prohibet appellatio, enu-

merat Specul.in tit.de appellat.§.in quibus autem casibus,nu.28.vbi in fine dicit, quòd vbicunque iudex grauat contra ius, non admittendo dilationem,exceptionem,vel alia, eius sententia,vel factum continebit iniquitatem,est causa rationabilis appellandi, per cap.pastoralis, de appellat.

Et ideo qui appellare debet cum causę expressione,compareat coram iudice à quo, & porrigat ei libellum appellatoriū, vel faciat ei legere per Notarium,cuius erit forma.

Forma libelli appellatorij.

MVLTVM Magnifice,& excellens Domine iudex Cur. ciuilis Cur. Ciuita. Catan. ex parte t. Dom. vestræ excellēti exponitur, & supplicatur vt infra, cum fuerit lata quædam asserta sententia contra d. exponentem in fauorem t. continens in effectu tale & tale: sed quia saluo,&c.d.v.dictum appellantem grauauit ex tali & tali causa, ideo dictus exponens dixit & dicit d. sententiam nullam,& nullissimam,& si qua est,ab ea appellauit & appellat ad superiorē,ad quem spectat via appellationis, grauaminis, simplicis querelæ, recursus,& omni alio meliori modo, & à non admissione appellationis iterum appellauit & appellat, quia si appellaretur ab interlocutoria, & nō fuisset admissa appellatio per iudicem,& à non admissione non appellaretur,appellatio censeretur deserta, & nō posset grauamen reparari per appellationem à diffinitiua. Card. in clem. prima, ver. & ex hac gl.de dolo,& contu. Imol.in c. pastoralis,col. 1.super glo. vers.suspendatur,de off. deleg.Mathes.in suis not.in 22.not.secundū Maran.de ordi.iud.par.6.actu 2.nu.410. & dic in fine libelli appellatorij,petens,&c. instanter,&c.atque instantissimè,&c.offerrēs, &c. Et iterum à non admissione d. appellationis prędicto modo appellauit,& appellat ad superiorem, ad quem spectat via grauaminis,& omni alio meliori modo petās,&c. instanter,&c.offerens, &c. & protestatur de omnibus sibi licitis protestari, constituens vos,&c. vnde,&c. vt Altissimus,&c.

T.

Responsio Iudicis.

Ex parte supradicti Magnifici & excellentis Domini, supplicantis respondetur quòd omnia in d. supplicatione cōtēnta, siue verba partis,& à veritate deuiant, & quatenus vera non sunt, expresse negantur, & nihilominus quò ad ipsam appellationem eam nō admisit,neque admittit,nisi quatenus de iure admitti debeat,& nō aliter,&c. & hæc est eius responsio pro modo, salua semper,&c. & si non loquitur per Notarium,& ipse eam præsentat p. c.

In tali casu licèt dubitetur an sit admissa ppter illa verba,nisi de iure admitti debeat: tamen multi putant non esse admissam, quā iudex incipit à dictione non admisit:secus si incipiet ab affirmatiua, admisit si & quatenus de iure admitti debeat,& nō aliter.quia censetur admissa, & sibi manus ligasset, & non posset ad vlteriora procedere,nisi fuisset sibi inhibitum per iudicem ad quem. Franc. in c.pastoralis,de appellat. vide in meis consilijs. . . . . & Maran.par.6.actu 2.num.200.fol.240.

Retento enim themate,quòd dicta appellatio non sit admissa,sed sit denegata à iudice à quo, tunc mittitur ad effectum coram iudice ad quem hoc modo.

Effectus pro tali contra talem.

Ad effectum mittitur ex parte talis, quòd ex quo narrata coram iudice à quò sunt talia,quę si vera essent, legitima reputarentur, ad hoc vt deferri deberet appellatio, ideo petit quòd declaretur fore & esse locum appellationi, & quòd veniant acta & partes, petens,&c. implorās,&c. omni meliori modo,&c. saluo, &c.

Vidit Clanes Aduocatus.

Deinde mittitur ad contrarium effectum ex parte aduersa, quòd ex quo narrata non sūt talia,quæ si probata esset, deberet appellatio admitti, quòd vtique declaretur non fuisse,nec esse illatum grauamen.

Et iudex posteà si interloquitur non fuisse,nec esse illatum grauamen, mittitur executioni sententia primi iudicij per iudicem à quo. Sed si iudex ad quem declarat fore & esse locum appellationi, & quòd veniāt acta & partes,& tunc conceduntur literæ inhibitoriæ & pœnales, & posteà datur terminus ad probandum grauamen, & confirmatur vel corrigitur sententia primi iudicij.

Quandoque non mittitur statim ad effectum,sed fiunt binæ, & vna litera monitoria,

ria, & alia pœnalis, quòd veniant acta & partes ad effectum vt videatur an sit locus appellationis, & aduenientibus actis, interloquitur esse locum appellationi, vel etiam nō aduenientibus actis profertur d. interlocutoria parte citata, & fiunt literæ inhibitoriæ, vt infra patebit.

Et causa appellandi expressè coram iudice à quo debet esse probabilis, & in dubio an sit probabilis, est deferenda appellatio, c. vt debitus, vbi glo. in ver. ex rationabili, extra de appellat. & prędicta practica firmatur super d. c. vt debitus.

Forma literarum monitorialium, quòd veniant acta & partes.

NOS t. V. I. D. iudex Cur. primarum appellationum Cur. Ciuita. Catan. magnifico viro Domino t. V. I. D. iudici Cur. ciuilis prædictæ ciuitatis, amico nostro chariſſimo salutem, &c. Quia ad instātiam t. fuit uobis supplicatum tenoris sequentis. Multum Magnifice & excellens Domine Iudex Cur. ciuilis, &c. & hic ponitur totus tenor supplicationis, seu libelli appellatorij, cuius formam vide supra. Et postea subditur, quam quidem appellationem admittere recusastis in graue damnum, præiudicium & intereſſe, ac iuris læsionem dicti supplicantis, qui propterea nobis supplicauit, vt de aliquo iuris remedio sibi prouidere dignaremur. Et quia iusta petentibus non est denegandus iudicialis assensus, ideo authoritate officij nostri, qua in præsentiarum vtimur, dicimus & hortamur, quatenus omnia acta fortè facta inter partes ad nos transmittere placeat, vt per nos videatur, si est locus appellationi, nec ne, quibus visis, & partibus auditis, iustitiæ complementum ministrabitur. Ex clariſſima Ciuitate Cataniæ, die, &c.

Vidit t. Iudex, qui supra.

Talis posterius retulit dediſſe cōsimilem supradicto d. iudici in præsentia talis.

Forma literarum pœnalium, quæ secundo vel tertio loco mittuntur, quòd veniant acta & partes.

NOS talis V. I. D. iudex Cur. primarum appellationum Curiæ Ciuita. Catan. Magnifico viro tali iudici, &c. amico, &c. scripsimus uobis literas tenoris sequentis. hic ponitur totus tenor literarum præcedentium, & postea vltra additur. Et hucusque acta & partes transmittere renuistis, idcirco authoritate officij nostri, qua in præsentiarum vtimur, dicimus & mandamus, quatenus sub pœna vnciarum centum, fisco Regio applicanda, velitis & debeatis oīa acta fortè facta inter partes ipsasque partes ad nos transmittere, vt per nos videatur, si est locus appellationi nec ne: quibus uisis, & partibus auditis, iustitiæ complemētum ministrabitur. ex Curia ciuitatis Cataniæ, die, &c.

Vidit talis Iudex, qui supra.

Talis retulit dediſſe consimilē d. domino iudici Curiæ ciuilis pdictæ in pſentia talis.

Si veniunt acta, potest mitti ad effectum ab vtraque parte, vt est dictum supra, & interloquitur. si verò nō veniunt, & tunc mittitur ad effectum ex parte appellantis, quòd declaretur fore & esse locum appellationi, & interloquitur, & iustum grauamen est, quia requisitus non transmittit acta & partes, vel grauaminis causa colligi potest ex narratis in libello appellatorio, si est talis, q̃ si probata foret, legitima reputaretur si appellat ab interlocutoria, vt in c. vt debitus, de appell. & si appellatur etiam à diffinitiua, à qua remouetur appellatio, & si non est remota appellatio, nō est dubium, quòd semper poſſit appellari: Ideo prolata prædicta interlocutoria parte citata fiunt literę inhibitoriæ tenoris sequentis.

Forma literarum inhibitorialium.

NOS t. V. I. D. iudex primarum appellationum Cur. Ciui. Cataniæ, magnifico viro domino tali V. I. D. iudici Cur. ciuilis ciuitatis prędictæ amico nostro cariſsimo salutem, &c. Quia ad instantiam talis appellantis per libellos appellatorios contra talem fuit sententiatum, quòd est locus appellationi, & acta & partes remaneant, vt ex serie d. sententiæ apparet hodie præsenti die: & q̃ nihil prodest sententiam proferre, nisi debitæ executioni mandetur, opus est quòd acta & partes veniant

ad dictam Curiam primarum appellationũ propterea authoritate officij nostri, qua in præsentiarum fungimur, vobis dicimus & mãdamus, quatenus sub pœna florenorum mille fisco regio applicãda, velitis, & debeatis nobis transmittere omnia acta facta inter ipsas partes, vt per nos exinde videatur super grauaminibus & nullatenus uelitis nec debeatis uos amplius impedire in dicta causa, donec & quousque fuerit per nos debitè prouisum super ipsis grauaminibus, inhibentes nihilominus uos quatenus minimè in dicta causa uos intromittere debeatis sub pœna prædicta vltra pœnam in libellis contentam. ex Cur. Ciuita. Cataniæ, die, &c.

T. Iudex qui supra.

Eodem, de traditione consimilis personaliter facta d. domino iudici Cur. ciuilis in pręsentia talis constat per talem monterium.

Si verò appellatio fuerit admissa per iudicem, & tunc infra xxx. dies pars appellans debet soluere ius copiæ processus Magistro Notario, & infra quinquaginta dies à die appellationis interiectæ debet præsentare & introducere processum iudici appellationis, & quidam tenent etiam post quinquaginta dies per capitulum Ritus qui dicit, quòd infra quinquaginta dies debet habere processum expeditum, vt exinde ualeat præsentare iudici ad quẽ propter illam dictionem, exinde, quæ ostendit quòd debeat habere terminum post quinquaginta dies, & possit præsentari iudici ad quem. Et censetur admissa appellatio, si pręsentatur parte citata, & pars non contradixerit, quoniam appellationem quis notificare debet aduersario. Specul. in tit. de appellat. §. qualiter. num. 9. & deinde curare non debet an admittatur à iudice, vel probetur à parte, quia si hoc non fiet, sufficit ei tunc mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum tantum, & literas super appellatione impetrandum, Specul. in d. §. qualiter appell. fieri debet, num. 10. per tex. in cap. interposita, §. 1. de appellat. Et quia processus iste vadit ad iudicem ad quem cum literis dimissorijs, propterea subdamus eorum formas.

Forma literarum dimissoriarum.

MVLTVM Magnifico & excellenti Domino iudici Cur. primarum appellationum Curiæ Ciuitat. Catan. Patricio & iudici ciuitatis eiusdem amico nostro charissimo salutem. Quia diebus præteritis non longè decursis per nostram Curiam fuit lata quędam sententia in fauorem talis contra talem, à qua quidem sententia talis sentiens se grauatum appellauit, chartam & pecuniam pręsentauit, & petijt processum, pro quo fuit sententiatum sibi copiari, & copiatum dari Cut. d. vestræ præsentandum. Et quia iusta petentibus non est denegandus assensus: ideo processum ipsum copiari fecimus, quem copiatum, clausum & sigillatum tradi & consignari fecimus dicto appellanti Cur. vestræ præsentandum. Ex Curia Ciuitatis Cataniæ, die, &c.

Item quia pars appellans debet constituere aduocatum & procuratorem in Cur. qui pro eo respondeat, alias appellatio est deserta, vt in cap. Ritus, 183. propterea ante quàm præsentetur iudici processus, præsentatur per aduocatum & procuratorem, & in dorso processus aduocatus scribit in hac forma.

Præsentatio processus per aduocatum.

Præsentatus est per me talem aduocatum t. appellantis hodie die, &c. Deinde præsentatur iudici hoc modo.

Manus iudicis.

Pręsentatur & stet penes acta.

Et quia pręsentato processu iudici ad quẽ pars appellans apportare debet literas de præsentatione processus cum clausula de citanda parte, aliàs habeatur pro deserta appellatio, vt in d. cap. Ritus, 183. propterea subdamus formas.

Forma literarum de præsentatione processus cum clausula de citanda parte.

PHILIPPVS, &c.

VICEREX, &c. quia die, &c. penes acta mag. Regiæ Curiæ fuit exhibitus & præsentatus quidam processus clauus & sigillatus, vt moris est, petitionis in eo deductæ & declaratæ, versis inter

inter talem appellantem ex vna,& talem appellatum, in quo quidem processu ad non nullos iures terminos deuentum fuit, & demum ad probationem sententiæ,à qua cum d.talis appellans contrarium reportasset,appellauit ad mag. Reg. Curiam in ea tamen legitimè aduocato constituto: ideo de huiusmodi præsentatione processus hæ nostræ literæ uobis diriguntur, & vt ritè & rectè procedatur, oportet partem appellatam citari & requiri facere, propterea vobis, & vestrum cuilibet dicimus,cōmittimus & expressè mandamus, quatenus per aliquem vestræ, Curiæ seruientem præfatum talem appellatum requiri facere debeatis, vt octanò post citationem ipsam & perēptoriè cōpareat, & comparere debeat in magna reg. Cur. ad prosequendum causam prædictam appellationis, si opus erit terminos dādum, capitula & protestata præsentandū,subeundum literas de audientia testium,impetrandum testes, producendum, publicandum, concludēdum,collationem processus & sententiam audiendum, & omnes & singulos actos necessarios faciendum.& si d. talis appellatus non fecerit copiā sui, eum citari faciatis per affixionem consimilis in ualuis ianuæ suæ solitæ habitationis:diem verò citationis prædictæ vel affixionis, per quem & coram quibus veris literis responsalibus formam præsentium continentibus ad mag. Reg.Cur. scribere curabitis, & præmissa cū effectu exequamini, cauti à contrario sub pœna florenorum mille fisco regio applicanda,datæ Panhormi, die,&c.

Vidit t. Index.

Deinde fiunt literæ responsales, prout in præcedentibus similibus. Et sicut in principali iudicio actum est, ita & in iudicio appellationis proceditur, nisi expressim dicatur,quòd per eadē acta procedirur, vt quando via grauaminis appellatur,vt in c.Ritus, 180. vel in omnibus interlocutorijs, vt in clem. appellanti, de appellat. qnia tunc nihil fit in iudicio appellationis, etiam petitio noua non fit.Sed ego puto,quòd non tantū petitio fieri possit, per quam petatur sententia corrigi,qua correcta petatur prout in primo iudicio petitum est,super quo cogita. Et si fuerit interlocutum in fauorem appellati, redit causa principalis ad iudicem ad quem: si verò interlocutoria fuerit correcta, & sic interlocutum in fauorem appellationis, & correcta interlocutoria primi iudicij,deinde in causa principali procedet ipse iudex appellationis per cap. vt debitus, de appellat. vbi glo. & Doct. & hic credo quòd fiant literæ penales,quòd statim debeant transmittere acta principalis causę ad effectum,vt ipse cognoscat stante quia fuit decisum esse illatum grauamen per correctionem interlocutoriæ, & firmauerit ut supra in literis inhibitorijs pœnalibus,mutatis mutandis.

Est etiam alius modus auferendi causam principalem a iudice à quo, & apportandi ad iudicem ad quem,si appellatus cedit articulo appellationis post quàm fuerit introductus processus, faciens quòd reuocetur grauamen, per quod fuit appellatum, quia tunc etiam inuito appellante petere potest vt index appellationis cognoscat de causa principali,secūdum Abb.in d.c. vt debitus, nu.35.& est pulchra cautela ad obuiandum iudicia. Sed si summariè in primo iudicio est actum, summarie agetur in iudicio appellationis. Diuersus tamen modus seruatur,quia non cōtestatur,lis, sed præsentatur processus & datur terminus dierum duodecim vtrique parti,vel altius dierum quindecim iudicis arbitrio, si pars non erit in ciuitate :& si aliquid actum erit in termino prędicto, datur terminus ad reprobandum, & conceduntur binæ restitutiones, vt in c. Ritus,quod incipit,item prædictus agendi Ritus, num. 116. quod est secundum meum num.41. nam appellatio reducit causam ad illum pristinum statum, in quo erat causa principalis post litem contestatam. est text. & commun. Doct. in l. ita demum, C. de procur. Maran.par.4.dist.6.nu.16.fol.58.

Sed si ordinariè procedetur, ideo non esset necesse aliud exemplum subdere: sed pro iunioribus trademus formam in primo termino ordinariæ causæ,quia litis contestatio non fit in causa appellationis,vt est dictum.

Terminus principalis in causa appellationis.

Datus est terminus in causa appellationis vertente inter talem appellantem parte ex vna,& t.appellatū parte ex altera,vtrique parti dierum duodecim,citato d.tali ad prosequen-

sequendum d. causam, & ad omnia alia necessaria faciendum, concludendum, dicendum, & allegandũ, & sententiam audiendũ.

Publicationis forma.

Facta est publicatio in causa appellationis vertente inter t. appellantẽ parte ex vna, & t. appellatum parte ex altera.

Deinde datur terminus ad reprobãdum, & demum omnia fiunt, sicut est dictũ supra in principali iudicio, ideo non replico.

Forma sententiæ in causa appellationis.

PROVIDENDA est causa deuoluta à Curia ciuili ad Curiam primatum appellationum Cur. Ciuita. Catan. via appellationis vertens inter t. appellantem ex vna, & t. appellatum ex altera. Petitionis ex parte t. appellantis sententiam latam in d. Curia ciuili in primo iudicio, corrigi, & emendari debere, qua correcta d. t. condemnari, condemnatumque cogi & compelli ad dandum, tradendum, & assignandum vncias tot, vel t. rem. & ex parte t. appellati per sententiam prædictam cõfirmatur, & d. appellans ad expensas condemnetur, iuribus, rationibus, & causis ex vtraque parte in processu & scripturis deductis & declaratis.

IESVS.

Prouisum est per nos t. iudicem Curiæ primarum appellationum Cur. Ciuita. Catan. quòd quæ sententia principalis iudicij concurrit cum præsenti confirmetur, vt etiam nos confirmamus, qualiter verò non concurrit, corrigatur, vt eum nos corrigimus: & aliter T. condemnetur, pro ut eum nos condemnamus ad dandum tradendum & assignãdum T. res appellati, expensis hinc inde compensatis, hanc materiam, &c.

Iterum à dicta sententia poterit appellari ad mag. Cur. quia bis potest appellari, deinde tertio non licet appellare, sed bene per eadem acta poterit reuideri per cõsistorium sacræ Regiæ conscientiæ semel pro vna parte, & alia vice pro alia parte, & hic non fit aliud, nisi quòd citatur pars ad dicendum & allegandum, & sententiam audiendum, & deinde cessat remedium appellationis, & remedium reuisionis: sed remanet aliud remedium nullitatis, quod infra xxx. annos potest intentari vt infra.

Appellatio enim licèt tertiò fieri nõ possit, potest tamen de nullitate dici, & succumbens super ista nullitate potest iterum appellare tanquam à nouo grauamine. Marantæ de ord. iudic. par. 6. actu 2. num. 272. fol. 250. qui citat Imol. in cap. sua nobis, de appellat. Phil. in cap. directè, circa fin. versic. nona conclusio, de appellat. & secũdum practicos hic, eadem est practica in causa nullitatis tantum, quæ est in causa appellationis, vel in causa appellationis, & nullitatis simul & semel. Et qualiter procedatur in iudicio nullitatis sententiæ, & in iudicio reuisionis sententiæ, vide Petr. Greg. in tract. de iud. cau. feudo. quæst. 50. & si & quia quandoque tentatur iudicium nullitatis, vt rescindatur aliquod instrumentum, quod iurat & confirmatum fuit, propterea de eo hic obijcere licebit.

DE MODO PROCEDENDI in causa nullitatis, in Curia Episcopali.

SI dolo atque fraude creditoris debitor inductus fuerit ad contrahendum, vel si fine dolo sit debitor vel contrahens enormissimè læsus, adeo quòd vti vltra dimidiam deceptus velit intentare remedium l. 2. C. de rescin. vend. ne incidat in periurium, veniens contra proprium iuramẽtum adiectum in cõtractib. debet absolutionem à iuramentis positis in d. contractu prius petere à vicario generali ciuitatis ad effectum agendi tantum, quæ sine partis citatione cõcedi solet, & debet de iure, secundum magis communem opinionem, quæ de facto seruatur. Roland. a Valle in cons. 13. num. 38. vbi respondet ad ea, quæ latè adduxit pro contraria opinione, quod requiratur partis citatio, secũdum aliam magis communem, in eodem volum. j. in consil. 25. & idem tenet in consil. 59. num. 28. eod. volum. post Afflict. decisio. 220. Bertran. consil. 164. Paris. consil. 54. num. 85. volum. 1. Grauet. consil. 7. col. 3. Ruynus consil. 69. num. 12. vol. 3. Sed aduertendum est, quòd debet peti ante lapsum termini, & sic antequàm incidat in periurium, alias non potest peti: & si conceditur, absolutio est iniusta, secundum magis communem opin. quam

testatur idem Roland. à Vall. in d. cons. 34. num. 2. 3. & 4. volum. j. post Alex. in consil. 83. col. finali, Goza. consi. 69. Felin. in cap. j. vers. septimò quæro; de iureiur. Parif. cons. 43. col. 4. in princ. volum. j. & cæteri. Est bene uerum, quòd vbi datur enormissima læsio, non est necessaria absolutio à iuramento, licet ad cautelam, vt tollatur omne dubium, melius est vt petatur. Roland. à Valle cons. 59. nu. 27. vol. j. post Soc. iun. cons. 48. nu. 29. vol. 1.

Et an periurius possit petere absolutionẽ à iuramento, vel si promiserit non petere absolutionem, vide Afflict. decis. 30. & Rolan. à Valle consi. 34. num. 2. volum. 1. qui dicit, quòd peti debet per debitorẽ an terminum elapsum solutionis: alias si lapsu temporis petatur, secundum communem opin. non auditur debitor. Item absolutio à iuramento obtẽta per obreptionem & subreptionem est nulla. l. & si legibus, C. si contra ius, vel vtil. pub. c. super literis, de rescri. Rolandus à Valle cons. 34. nu. 5. vol. j. Et aduerte, quòd per absolutionem a iuramento sine partis citat ione obtentam, contractus nõ amittit vires suas, nec effectum quem antea habebat. Grauet. cons. 7. nu. 7. vol. 1. Curt. sen. in cõs. 43. nu. 27. & Curtius iun. in cons. 15 a. nu. 8. vol. 2. & demum vide Fel. in c. j. n. 26. de iureiur. & in hac materia absolutionis à iuramento vide aliqua per Viuium in ver. Mulier omni iuri, quod habet in bonis paternis renuncians, &c. Et statim illa obtenta mittitur ad effectũ, quòd declaretur nullus, vel rescindatur contractus, & pręsentatur rubriconum, & facta citatione conceduntur inhibitoriæ iudici sæculari d. ciuitatis, ne virtute d. contractus in aliquo procedant stante pendentia litis nullitatis, seu rescissionis d. contractus sub pœna. Et si iudex sæcularis non fuerit subiectus episcopo, vt puta quia fuerit magna curia, tunc fiunt inhibitoriæ sine pœna, & non poterit amplius procedi virtute dicti contractus stante litis pendentia: sed si pars habet aliquid releuans caput, poterit appellare ab absolutione iuramenti, & ommisso medio causam ad regiam monarchiam deuoluere, & hoc modo proceditur. Fit supplicatio, ubi narratur factum Reuerẽdo Vicario, & qualiter fuit dolo & fraude inductus, vel fuit enormissimè læsus, i. vltra dimidiam, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, & quòd talis contractus, quibus causam dolus dedit, lex abhorret, & nullos statuit quòd vtique supplicat vt concedantur absolutoriæ à iuramentis præstitis in d. contractu, & præsertim à iuramento in primis non petendi absolutionem: nam debet prius peti absolutio à iuramento de non petendo absolutionem, & postea de alijs. Gramm. cons. 25. nu. 1. fol. 17. in ciuil. quo obtento ab omnibus & singulis alijs iuramentis tacitis & expressis in dicto contractu positis celebrato in actis. Notarij ad effectum, vt possit talem dolum dantem causam contractui & obligationi, seu talem enormissimam lęsionem probare, pręsertim quia adhuc tempus solutionis nõ est elapsum, & ita supplicat omni meliori modo, vt Altissimus, &c.

Cathaniæ die, &c.

Ex parte talis Reuer. Vicarij Generalis Cathinensis.

Fuit prouisum, & ita prouidetur, quòd talis absoluatur prouteum absoluit primò à iuramento de non petendo absolutionem, & ea obtenta, absoluatur prout eum absoluit à iuramentis prædictis ad effectum agendi tantum.

T. Magister Notarius.

Habita dicta absolutione, statim mittitur ad effectum coram eodem iudice ecclesiastico, quoniam iudex causę præparantis, est iudex causæ præparatæ. Bald. in l. ordinarij, C. de rei vendi. in 2. no. Petr. Gerar. in suo sing. 88. lib. sing. f. 571. vbi ex traditis per Paul. Cast. in d. l. ordinarij, limitat non procedere, si iuramentum relaxetur à parte, quod fieri potest, cum sit pręstitum ad suam vtilitatem. Bart. in l. 1. §. & post operis, ff. de noui ope. nunc. tunc enim causa remanet coram iudice seculari. est communis opinio, quam testatur Cagn. in rubr. C. de eden. nu. 4. vbi dicit, quòd potest relaxari iuramentum per partem, ne trahatur ad forum ecclesiasticum, secundum Alex. & Ias. in l. quotiens, de iud. & Fely. in c. 1. de iud. & quòd est utilis cautela, & quòd ita seruatur in actu practico, vide Fely. in d. c. j. de iureiur. sed intellige vt relaxari possit iuramentum per partem antequam incidat pars in periuriũ: secus si inciderit in periurium, quia tunc relaxari non poterit. Bal. in auth. quòd eis, C. de nupt. quam magis communem opi. testatur

tut Alex. in consil.38.col.fin.volu. & cæteri relati per à Valle cons.34.num.3.vol.j.& an periurius possit petere absolutionem à iuramento, vel si permiserit non petere absolutionem, vide Afflict. decis.30. & Roland. à Valle consil.34.num.2.vol.j.qui dicit,quòd peti debet per debitorem ante terminum elapsum solutionis, alias si lapsu temporis petatur,non auditur debitor, secundum communem opinionem. Et quòd iudex causæ præparantis, sit iudex causæ præparatæ, testatur esse communem opin. Fel.in cap.2. de sponſ. num.34. Decius & Ripa, in rubri. de iudi. cum concot. per Couar. lib. j. uari. resolut. cap.4. num.7.& 8. Quod tamen intelligit procedere ipse Couar. cum iudex ecclesiasticus est competens,etiã in causa principali,vt loquitur tex. in d.l.ordinarij,C. de rei vend. si tractetur an cõtractus,qui rescindi debet,habeat vsuræ,simoniæ,vel aliud vitium, cuius cognitio ad ecclesiasticum iudicem pertineat:secus si cognitio non sit iudici ecclesiastici,quia tunc dicit sibi plus placere Bal.opin.sed ipse est contra communem.

Item limitatur hęc communis procedere, quando absolutio iuramenti fuisset concessa cum causæ cognitione parte citata, vt tunc iudex ecclesiasticus sit iudex in causa principali:secus si cõcessa fuisset ad effectum agendi sine partis citatione, quia tũc iudex ecclesiasticus non erit competens, quia non dicitur in causa principali præuenisse, nec dici potest informatus de causa principali,& dici potest quòd continentia causæ diuideretur: Beio. in rubr.de iud.num.18.vide & cogita, quia est magna limitatio, sed nõ est vera. vide de hoc in meo cõs.21.vol.2.vbi late dixi.

Et an absolutio à iuramẽto per obreptionem & surreptionem obtenta, sit nulla? dic quòd sic,l. & si legibus, C. si contra ius, vel vtil. public. & c. super literis, de rescript. à Valle cons.34.nu.5.vol.1.

Aduerte tamen,quòd per absolutionem à iuramento sine partis citatione obtento, cõtractus non amittit vires suas, nec effectum, quem ante habebat. Grauet. cons.7. num.7. vol.1.Cur.senior cõs.43.nu.27. & Cur. iun. in cons.152.nu.8.uol.2. & Felin. in c.1. nu. 26.de iureiur.

Et in effectu quem facit absolutus, breuiter narratur factum, quòd ex quo t. fuit deceptus dolo & fraude, t. qui dolus uti dans causam cõtractui, ad nihilum reducit talem contractum celebratum in actis t. die,&c.vt probatur & probare se offert in prõptu: ideo ad effectum mittitur, quòd declaretur per d. cur. talem obligationem,talemq; contractũ tanquam dolosum esse nullum,& cõsequenter d. t. non obligatum neque adstrictum ad aliquid,petens,&c.implorans,&c.ei meliori modo, &c. & non aliter, &c.

Præsentato effectu, insimul cum eo præsentatur rubriconum, quod incipit hoc modo,recipiantur testes per cur. t. & per t. contra talem,& fiũt capitula probatoria, & probatur dolus,uel lęsio, & citatur pars ad præsentationem effectu, & testium iuramenta uidendum. Et statim fit paratus, ut citata parte expediantur literæ inhibitoriæ; alias si tempus habet pars citata antequam mittantur inhibitoriæ,poterit appellare ab absolutione iuramenti, uel aliter poterit impedire, & pendente d. appellatione forsan non possent emanare d.literæ inhibitoriæ.

Forma literarum inhibitoriarum.

NOS talis Illustris ac Reuerendissimi in Christo patris & Domini d.t.Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopi Cathinensis, in spiritualibus Vicarius generalis, specta.d. iudicibus magn. reg. Cur. & alijs specta. & magnificis officialibus,cui,vel quibus præsentes præsentatæ fuerint, & quomodolibet peruenerint, salutem in Domino, &c. Quia t. per nos & nostram Curiam episcopalem, seruatis seruãdis absolutus fuit ad effectum agendi tantum à iuramentis per eum præstitis in contractu celebrato in actis, &c. die, &c. & intendat propterea per eandem Curiam d. contractum nullum & inualidum declarari facere, quia dolo fuit inductus ad contrahendum per d. creditorem, qui dolus fuit & est dans causam contractui, & alijs rationibus, iuribus, & causis in supplicatione deductis, & etiã ex parte talis fuerunt præsentatæ scripturæ, effectus, & capitula, ad præsentationem quarum fuit d.t.citatus,ut ex actis eiusdem Curiæ apparet, & non est iustum quòd pendente lite prædicta per d. V. in aliquo procedatur ad instantiam d.creditoris uirtute d. contractus contra d.t. sed in omnibus, & per omnia supersedere de

præ-

præmissis, d. V. spectabiles, certioramus, rogantes easdem d. V. spectabiles quatenus ad instantiam d. t. virtute d. contractus velint & dignentur non procedere in aliquo contra d. t. stante absolutione & pendentia litis prędictæ: & hęc donec, & quousque fuerit per nos debitè prouisum, & Illustriss. D. V. spectabiles conseruet, prout, &c. Datæ Cataniæ die, &c.

Adde quòd ecclesiasticus iudex potest inhibere seculari, quando tractatur de iuribus matrimonij, secus si negatur matrimonium internenisse, quia tunc incidenter potest iudex secularis de hoc cognoscere cap. decis. 7. num. 2. qui dicit ita esse comm. opinionem.

T. Vicarius generalis, C.
T. Magister Notarius, &c.

Si verò inhibetur iudici, quòd subditus est in spiritualibus vicario, puta iudici appellationis Capitanei, vel patricij, Capitaneo patricio & cæteris, tunc in literis nō dicitur rogantes, &c. sed dicitur, idcirco authoritate nostra fungimur, & protuenda & manutenenda iurisdictione ecclesiastica & omni alio meliori modo, & nomine, uobis & cuilibet vestrū dicimus & inhibemus, quatenus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam ex nunc per tunc, & econtra, vos & quemlibet vestrum contrarium facientem in his scriptis proferrimus, nolitis, neq; debeatis seu alter vestrum nolit nec debeat ad instantiam d. t. contra d. talem virtute d. contractus in aliquo procedere, sed in omnibus & per omnia supersedebitis, & supersedere facietis, donec & quousque fuerit per nos & Cur. nostram debitè prouisum, stante absolutione & pendentia litis prędictæ, datæ Cataniæ, die, &c.

T. Vicarius generalis Cata. &c.

Deinde istæ inhibitoriæ pręsentantur Capitaneo, & iudicibus, & alijs officialibus qui possent illum contractum executioni mandare: qui faciunt præsentatam hoc modo. Præsententur & registrentur.

T. Index Capit.

Sed si supplicauerit, quòd non consentit in modo procedendi, tunc stante effectu loco postæ datur terminus & proceditur per modum postæ, vt supra diximus.

CAVSÆ omnes beneficiales, & aliæ numeratæ in clem. dispendiosam, de iudi. sunt simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij expediendæ, vt in d. clem. habetur, & declaratur in clem. sæpe, de verb. signif. c. finem litibus, & c. fin. de dol. & contum. c. 2. de re iud. c. constitutus, de procur. c. nonnulli, de rescrip. & in Concil. Triden. c. 10. sess. 24. vbi habetur quòd infra biennium à die motæ litis terminari debent per ordinarium locorum, & ab eis non potest appellari nec per superiorem inhiberi infra istud tempus, nisi tātum à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non potest. Et si infra biennium non terminatur, potest recurri ad superiorem, qui causam in eo stato assumet, & quam primum terminare curet. Et legati nuncij apostolici, & alij superiores in appellationibus ad eos interpositis seruare debent formam c. Romana, de appellat. in 6. per c. 7. sessio. 22. in concilio Tridentino.

QVANDO ACCEPTANTVR beneficia virtute gratię & expectatiuæ, tali modo proceditur, & fit.

IN primis præsentantur literæ expectatiuę executori per Notarium publicum coram testibus, & dicto executori legūtur dictæ literæ, & sibi notificantur: & si executor vult copiam, tradatur, & de toto isto Notarius faciat publicum instrumentum: Deinde ille, qui habet d. expectatiuam, seu eius procurator acceptat beneficium vacans sub hac forma coram Notario & testibus, videlicet. Ego t. siue ego t. procurator t. ex quo ad meam notitiam peruenit, quòd talis ecclesia, seu beneficium, vel dignitas, vacauit & vacat ob mortem t. illius vltimi & immediati beneficialis: quapropter beneficium, siue ecclesiasticam dignitatem tanquam mihi & nulli alteri debitam, de iure cum omnibus iuribus & pertinentijs suis vniuersis accepto & volo mihi quāto citius fieri poterit de eodem, siue eadem prouideri, vel de tali principali meo per mediam personam meam vigore & authoritate gratiæ apostolicę dudum & eidem principali meo, vel mihi per sanctum Dominum Nostrum Papam concessam in tali diœcesi uacantem, vel cum vacuauerit in futurū, prout in literis apostolicis super huiusmodi negotio confectis plenius continetur, & protestatur nihilominus quòd si dicta beneficium, siue ecclesiastica dignitas mihi, seu

ſeu eidē t. principali meo de iure non debeatur, ſaluum & illæſum ſit, & remaneat ius ad aliud beneficiū mihi, vel tali principali meo, & nulli alteri debitum de iure acceptandum vigore & authoritate ſupra dictæ gratiæ expectatiuæ, inuocans ſuper his teſtimonium aſtantium omnium prædictorum, præcipuè Notarij publici hic pręſētis, & te requiro ſub debito officio, vt cōficias mihi ſuper his omnib. publicum inſtrumentum. Deinde hoc facto, executor cōferat beneficium, & hæc eſt forma collationis & prouiſionis, prout ſequitur, videlicet.

Facta dicta acceptatione, & confecto inſtrumento de acceptatione, Notarius acceptationem prædictam notificet d. executori, & deinde pars requirat eidem executori debita cum inſtantia, & humiliter ab eo requirat, vt huiuſmodi beneficium, ſeu eccleſiam vacantem, & per d. t. acceptandam eidem t. vt t. procuratorio nomine, vel t. per perſonā d. t. procuratoris, & de omnibus iuribus & pertinentijs ſuis conferat, & te aſſignet.

Et hoc facto, executor faciat actum dicendo hoc modo, vt infra.

Forma traditionis poſſeſſionis.

NOS t. executor, &c. cum per t. principalem, vel t. vti procuratorem t. requiſiti fuerimus nomine, quo ſupra, vt expectatiuam & gratiam t. principali conceſſam ſub datarum Romæ. & apponatur data ad vnguem, exequi deberemus, & tibi de dicto beneficio ſeu eccleſia iuxta tuā proteſtationem fieri ſolitam vnà cū omnib. iuribus, fructibus & obuentionibus: & ſi eſt canonica tua, ponatur vnà cum plenitudine iuris canonicalis, tibi prouidere deberemus nomine, quo ſupra, nos volētes reddere conformes apoſtolicis mandatis, eidem pro te tibi ſuo nomine uel tibi principali d. beneficiū ſeu eccleſiam vacantem vt ſupra conferimus per impoſitionem biretæ ſupra caput tuum vt moris eſt, teq; de eo, vel ea inueſtimus, teq; in corporalem poſſeſſionem ipſius beneficij, vel eccleſiæ inducimus, & inductum defendere promittimus ꝑ cornu altaris dextri altaris maioris d. eccleſiæ & per apertionē & clauſuram ianuæ, mandantes vniuerſis & ſingulis te procuratorio nomine per ipſum prouiſum & repræſentantem tractent in beneficialē, & rectorē dicti beneficij, ſeu eccleſiæ, teq; manuteneant & defendant inductū, tibiq; de iuribus, fructibus, pertinētijs, & obuentionibus vniuerſis faciant integrè reſpōderi, & de oībus his Notarius, vt perſona publica, faciat inſtrumentum coram teſtib.

Quando ſub penſione renunciatur beneficium.

Verè reſignatio beneficij fieri debet in manib. ſummi Pōtificis liberè, & petere à ſummo Pontifice, vt pro alimentis ſibi ſoluatur penſio in vita reſignantis, & fit ſupplicatio ꝑ petentē ſibi conferri, & collato beneficio fiūt bullæ clerico, cui cōfertur, & deinde per aliā bullā delegatur executio, vt ponatur in poſſeſſionem cuidam epiſcopo ibi Romę, & cuidā qui fuerit in loco, vbi tradi poteſt poſſeſſio, vt ipſi per ſe, vel alios tradāt poſſeſſionē. Et ille epiſcopus Romæ tradit poſſeſſionem, & exequitur bullas ſummi Pontificis, & mādat omnib. quibuſcunq; perſonis eccleſiaſticis, & etiam Notarijs, vt tradant realem poſſeſſionem, & faciant reſpondere de fructibus & prouentis beneficij, & eum defendant, & mandant in virtute ſanctæ obedientię, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in ſcriptis, ſi infra terminum dierum ſex requiſiti ut tradant poſſeſſionem, vel eum defendant, qui terminus ſit pro trina monitione propria dierum duorum, pro ſecunda aliorū duorum, & pro tertia aliorum duorum, exceptis ipſis, quibus dat terminū dierum ſex à die requiſitionis: quod ſi non fecerit, eum priuat ab ingreſſu eccleſiæ: & ſi infra alios 12. dies non facit, pronunciat pro excommunicato excommunicationis latæ ſententiæ in ſcriptis: & de hoc fit inſtrumentum Romæ quod dicitur inſtrumentum fulminati proceſſus quaſi quia ita fulminanter proceſſit in executionē dictarum literarum ſummi Pontificis: vnde virtute dicti fulminati proceſſus poſteà hic poterit ille, qui obtinuit beneficiū, requirere epiſcopos, decanos, cantores, oēsq; eccleſiaſticas perſonas, & etiam Notarios, vt mittatur in poſſeſſionē, qui omnes ſunt ſubdelegati ab iſto delegato ſummi Pontificis. Solet etiam, vt dixi, in eiſdem literis non ſolum delegari executio epiſcopo Romæ qui fulminatum proceſſum facit, ſed etiam alicui eccleſiaſticæ perſonæ, puta decano, vel cantori alicuius eccleſiæ in loco: & iſte etiam per actum publicum ſubdelegat Notarijs, & quibuſcunque perſonis, vt accedant ad locū

&

& tradant possessionẽ, vel ipse tradit sub forma præcedenti: nã sicut in præcedenti, ita & in hoc casu proceditur.

Illegitimationis exceptio, quando non obstat, tentatur propter præuentionem.

Quandoque ille, qui timet in futurũ conueniri, conuenit actorẽ futurum, vel vt exeat ab obligationis timore, iuxta l. si contendat, ff. de fideiussor. vbi reus quandoque agit vel propter preuentionem, ne lis tentetur in Curia Romana illegitimationis, prius tentatur in Curia episcopali: Et tunc mittatur ad effectum in Curia episcopali illius ciuitatis, vel loci hoc modo.

Effectus.

Ad effectum mittitur ex parte istius talis per magnam episcopalem Curiam declarari debere dicto tali competere legitimam exceptionem aduersus quamcunq; asserram pretensam illegitimationem ipsius t. & eius specta. prædecessorum, & omnia matrimonia inter eius spect. predecessores fuisse & esse legitima contracta ipsumq; t. & omnes eius prædecessores, fuisse & esse legitimè natos & successibiles, & t. aduersario & omnibus alijs interesse putãtibus imponi debere perpetuũ silentium, ita vt amplius non audiantur circa prædictam & quantumcunq; assertam & prætensam illegitimationem ipsius t. & eorum prædecessorum, & matrimonium inter eos cõtractum, quoniam nihil est in contrarium quòd legitimè repugnat, petens, &c. implorans, &c. omni meliori modo, &c.

DE MODO PROCEDENDI in executione sententiæ.

EXECVTIO sententiæ fieri potest, sicut fit executio instrumenti habẽtis executionem paratam, virtute Ritus, de quib. supra diximus, citato vel non citato debitore: quoniam quando fit executio, debent statuta loci seruari, vbi fit. Ias. in l. cum quædam puella, col. fi. ff. de iurisd. om. iud. Maranta de ordine iud. par. 6. actu vlt. n. 10. fol. 265. Et statutũ est per Ritum, quòd executio, citato vel non citato debitore, fieri potest, vt in c. in forma publica, & ita expressim tradit Petr. Greg. in tract. de iudi. caus. feud. q. vlt. in princ. qui dicit quòd fit executio sententiæ in Regno sine partis citatione, quia seruantur statuta loci, & ita seruãtur in Regno, quòd lata sententia per Consistorium, vel si est transacta in rem iudicatam lata p alios, statim fiunt literę executoriales, per quas destinatur cõmissarius ad capiendum possessionẽ feudi pro eo, qui obtinuit in causa, & his qui succubuit, ne patiatur expẽsas executionis consueuit offerre iudici vacuam possessionẽ, & constituere se precario nomine possidere feudum, donec realẽ de per se capiat possessionem, & tunc ex cautela datur cõmissarius ad associandum eum, & præstandũ brachium pro capienda possessione, iuxta tradita per Bar. & Sal. in l. creditores, C. de pig. & ita seruatum fuisse in causa Baroniæ Rocellæ, & Baroniæ Gibellinæ, & Baroniæ Mõtis rubei, & hoc dicit procedere, quando realiter fuit actum. & cõcordat Maran. in præcitato loco, vbi vult quòd quãdo executio fit super eadem re, super qua fuit lata sententia, nõ requiritur partis citatio, nisi fieret appellatione deserta. Bar. & Alex. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. licet Pet. Greg. citet Bar. & Alex. in d. §. in vẽditione. qui dicunt quòd requiritur citatio, sed videri possunt. Sed nũquid victus poterit sibi capere quindenam & opponere suas exceptiones in casu, quo executio fieri debet in eadem re, in qua facta est condẽnatio, & sic dum realiter est actũ? Videtur quòd non per tex. & ibi gl. in l. restituere, ff. de rei vend. vbi manu militari iussus restituere, si non restituitur, restituere cogitur iussus. dicit ibi gl. per sententiã, non quòd requiratur alia iussio. Secundò ita videtur sentire Pet. de Greg. in sua q. vlt. per tradita per eum, vt supra retulimus. Pręterea non potest dici quòd post quindenam fieri possit adiudicatio: quia per primum decretum non mittitur in possessionem pignoris, sed rei debitę. In contrarium facit, quia multæ exceptiones possunt opponi aduersus sententiam, vt traditur per Doct. & Ripam in l. 4. §. condemnatũ ff. de re iud. Et quindena est data per Ritum ad opponendũ. cogita, & vide in hoc quod dixi in meo cons.... vbi potius manu militari fieri debet. Sed si actum extiterit actione personali, adeo ꝙ executio fit in vna re, & condemnatio facta fuerit super alia: & tunc de iure non requiritur citatio, dum capitur pignus, vel subhastatur, sed tantum in adiudicatione, ut tenet Maran. in d. p. 6. actu vlt. nu. 19. f. 266. & multo minus requitur citatio per Ritum per prędicta, qui generaliter lo-

qui-

quitur, sed interponitur primum decretum, vel fit nota apud acta, quòd scripta executio effectû habuit super tali re expignorata, quæ capi debet secundum ordinem datum per l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. uidelicet primò mobilia, deinde stabilia, tertiò nomina debitorum, & his deficientib. vlt. loco deuenitur ad capturâ in personæ: nec. n. persona capi debet pro debito, nisi prius excussis bonis. Bar. in l. 3. §. tutores, & ibi gl. ff. de suspect. tut. Maran. in d. par. 6. actu vlt. nu. 9. fol. 265. Et interposito primo decreto potest pars succumbens se opponere infra quindenam, & deducere exceptiones modificatiuas, quæ non impugnant sententiam, iuxta tradita per Ias. in l. 3. C. de iur. & fac. igno. sed aduerte, an aliæ exceptiones opponi possint? & vide Doct. in d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. vbi exceptiones nullitatis promptuariæ impediunt executionem, & exceptiones falsitatis, vt in pract. Papien. in tit. de form. executionis sentêtię. Et fit causa oppositoria, & si terminatû fuerit quòd executio procedat, & suum sortiatur effectum, oppositis ex aduerso non obstantib. seruatis alijs debitis sollennitatib. per Ritû, de quib. supra diximus in modo proceden. execut. interponitur secundum decretum, & tunc requiritur citatio secundum omnes: & etiam in subsidium, alijs reb. allodialib. non existentib. interponitur secûdum decretum super feudo: & si fuerit pro debito, pro quo alienari in perpetuum poterit feudum, puta pro dote, pro seruitio militari, & pro alijs onerib. feudi, tunc per secundum decretum in perpetuum alienatur feudum. Si verò pro alia causa fuerit, pro qua nô poterat distrahi feudum, valebit in vita succumbentis, & post mortem soluto iure datoris, resoluetur ius acceptoris, & fit missio in fructib. & prouentib. feudi, sed non in substantia feudi, & secundum decretum in feudalib. semper interponitur per quatuor iudices M. R. C. quia habet vim sententiæ, & non per commissarium, licèt in alijs reb. allodialib. secundum decretum interponi possit per cômissarium & ideo in commissionib. solet fieri reseruatio per iudices M. R. C. reseruata nobis interpositione secundi decreti. Pet. Greg. in d. q. vlt. de iud. cau. feu. pro quo facit tex. in l. 4. §. si fortè, ff. de dam. infec. vbi secundum decretum non per Duumuiros, sed per Prætores & Præsides interponitur, vt dixi de hoc in l. fi. C. qui admitti. ubi uide. Et per hæc sit absoluta hæc practica super Ritu M. R. C. huius Regni Siciliæ, in honorem Domini Nostri Iesu Christi, eius matris Mariæ, ac Diuæ Agatæ Siculæ, die x. Febr. 10. indict. 1566.

FINIS.